

R
2089

C. F. Groot 1806
Q. str.

1, Andreae Carolostadii CCCLXXIX conclusiones, et
alia scripta minora. Wittembergae 1519.

R ~~II~~ III B. 1.

IV. 17.

—





DO· AN

DREAE CAROLOSTA
dij & Archidiaconi VVitten-
burgeñ. ccclxxix & Apologeti-
cæ conclusiones pro sacris
literis & VVittenbur-
geñ. compositæ.



Vid. Q. Lex. 1. p. 45.

Eiusdem defensio aduersus Mo-
nomachiam D. Ioannis Eckij
Theologiæ doctoris.



Inuenies deinde Epithome eius-
dē de Impij iustificatione, quā
non male ad inferos dedu-
ctū reductūq; uocaueris.



BIBL. ACADEM. DOMINIC.



D. Andreas Bodenstein Carolstatinus, responsuris nõnullis subscribendis, conclusiones. ccclxx. subiectas, aduersus eos, qui sub titulo & specie Vuittenbergensiũ (quos diris uulneribus sauciare plane audent & uiritim enituntur) sacram scripturã peruertere audent, & de ea secundũ suas uoluntates loquunt̃, ac ipsam per Aristotelis uel metaphysicam, uel dialecticam uel alterius infidelis figmento, uel suo inuento, iudicant, tanq̃ eis, a deo, secundũ proprium placitum sacras explicandi literas sit tributa facultas. Nec scripturã latentem per apertã, nec legem testificantem, per Christũ testificatum interpretantes. Per æstatem hanc, dum uel circulo theologico (ut dicimus) uel quouis ꝓbo ueritatis amatore, & si uis, subuersore, atq; inimico, in arenam disputatoriã, fuerit euocatus, sustinebit & defensabit. Potissimum contra. D. Eckiũ, alioqui doctissimum, q Vuittenbergensiũ amicitias sibi ultro copulauit, & deiñ nullo futuri certaminis monitore destinato, etiã ultro dirumpens, unũ Egregium huius Vniuersitatis membrũ nominatim denigrare, adeoq; uulnerare ausus est, ut irrogatis ab eo uulneribus (attẽdite o Vuittenbergenses & optimi Theologiæ imitatores) totum literariũ collegium hoc Vuittenbergense, languere, præsertim Theologica facultas, perfusa. Immo cruentata & demũ turbata, ac tristis, uideat̃. Cui deniq; hoc parũ fuisset, nisi Ro. Pon. & Episcopos, quibus blanditus est, ut aliqui eius adulatione perderentur, quibus non fecit dei uerba nota, sed cogitationes sui cordis, insinuauit. Qui etiã & cæteros ecclesiarum præpositos aduersus huius claræ Academiæ theologos excitare conatus est. Propterea hanc prouinciam & causa tuendaꝝ sanctarum literarum & gratia nostræ famæ curandæ, in nomine Iesu Christi domini nostri suscipimus.

D. Nicasius Claij Herczbergeñ. philosophiæ Magister pro baccalaureatu in Theologia respondebit, & alij.

4-III A
3821
i51427849

1 Textus Bibliæ per ecclesiasticũ doctorem allegatus, plus ualet, ac uehementius urget, q̃ dictum allegantis.

2 Cum hoc, ex illo, pendeat & inferatur.

3 Præiecta ueritatem adeo habet, ꝙ dictum doctoris, debet secundum textũ adductum prorsus accipi.

4 Et authoritas uicissim intelligi, & ex ea quoq; doctoris inductio, uel probari uel infirmari, debet.

5 Quod si Augustiniani lectores, auditoresue attenderint, elucescentem in oĩbus illius Augustini scriptis, Christũ introspiciẽt.

6 Quod si Gratianus, non autenticus, obseruasset, decretales minores haberent difficultates, & essent theologicæ sapidiores.

7 Retento quoq; & uentilato primæ cõclusionis themate Hieronymi lectio dulcior erit.

8 Ambrosius autẽ in nonnullis secundæ partis uoluminibus, nisi & cæterarum suarũ partium, documenta intermiscueris extra suam intentionem intelligitur & incondite.

9 Nec usq; adeo Christi uirtutem redolet.

10 Tametsi mirus in allusionibus merito habeatur.

11 De Cypriano, Cassia, Gregorio & Bern. cæterisq; campus noster disputationem non patitur.

12 Textus Bibliæ, non modo uni, pluribusue ecclesiæ doctoribus, sed etiam totius ecclesiæ authoritati, præfert̃, Per dict. Aug. de bap. con. Dona. lib. ij. c. iij. transumptũ ad c. quis nesciat, dis. ix. arg. c. sunt quidam & c. uiolatores. xxv. q. i. & per dict. Aug. epist. xlviij. quod ponitur in c. noli frater. ix. dist. & illud quod scripsit in epistola. xix. per Grati. transumptum ad c. ego solis, e. q. per Gerso. de exa. doc. con. v.

13 Capiendo ecclesiam pro fidelium omnium congregatione seu concione.

14 Præmissa intantum procedit, ꝙ dicto doctoris authoritate canonica communito, plusq̃ declarationi papę, credendum est, Gerso. de exami, doct. part. i. Cons. v.

15 Quod nō credo verū nisi Ro. Pon. oīi auctoritate destitutus & vacuus esset.

16 Ger. tamen, non cōmemorato Mattheo de Mathaselanis, si prius in alijs terminis idem docuit, cuius & exemplum imitatus eū, turpiter tacuisse videtur.

17 Bene tamen idem Gers. sed rursus male tacito imitationis vestigio affirmauit, quod in sactis literis excellenter erudito & authoritate nitenti plus est credendum q̄ generali concilio.

18 Quod restringit si malicia (q̄d nota) vel ignorantia, ab euāgelica auctoritate declinaret concilium.

19 Hoc pulchre ex eius sexta consideratione & prima secundę partis deducit, scilicet quod sacra scrip. nec fallere nec decipi potest. Adde quod Aug. de pecca. me. lib. i. ca. 22. dicit.

20 Concilium aūt generale iuxta Gersonem, & ex malicia & ignorātia, fallere ac falli potest.

21 Immo secundū Canonistas ecclesia modo q̄ supra accepta plerumq; fallit, quia opinionem nonunq̄ sequit. De sen. excom. ca. a nobis. ij. ubi textus & doctores scribentes & remittentes.

22 Q.d' secūdū theologos negare qs audet: vt infra docebim⁹.

23 Præmissę conclusiones veræ sunt, si doctoris dicto testimonium sanctum secundum literalem sententiam suffragaretur.

24 Vel circūstantiæ scripturaę, pro intellectu allegātis, neruos & ossa congregarent & conferrēt adeo, quod illi textui respōderi non posset. Quod per Aug. in probationibus cōclusionū priorū induxi. licet primitus ad imitationē M. de Mathaselanis in tractatu de elect. opi. col. i. & aliorum doctorum post eum.

25 Contra Gers. negamus esse sensum literalē qui ex intētione & circūstantijs scribentis colligitur Gers. eodem tract. consi. vi.

26 Nec eum qui stricte est logicalis, literalem fatemur nec dialectica literas docuit.

27 Sed eū q ad verbū seu verbi significationē accipit lr̄alem dicimus, iuxta Aug. de vtil. cred. ca. iij. col. fi. iunct. vij. de prin. dia.

28 Legi, sic accipiendū, non intelligi tantum, sed & oculis per

spici, quod scriptum est. Ita Vlpia. Accurs, & Ioc. Crot. post antiquos scribentes.

29 Et isti meli⁹ atq; Augustino cōformius docuerūt, q̄ Gerson

30 Ea aūt quæ colliguntur ex circumstantijs, uel scribentis intentione, extrinsecus, hoc est extra literam, intelliguntur, iuxta Vlpia. & ueritatem.

31 Eadem, dicuntur esse de intellectu subaudito uel extraneo, & ex quadam cōiectura, collecto. Idem Crot. post Bar. & Aug.

32 Secundum Aug. cū hoc sentimus quod ille quem legimus, cumulatissime se habet ueritas &c̄. Consentire est concordare intentioni De utili. creden. ca. v.

33 Hoc genus, cum de rebus obscurissimis agimus, est ratissimum, Aug. ubi supra.

34 Neq; id liquido scire, sed credere possumus, ibidem, ergo intentio colligibilis non est ad literam, nisi legatur in uerbis. Aug. ad Simp. li. i. q. ij. inductio difficilis.

35 Veruntamen, q̄ theologice & secundum Aug. mens colligibilis nō sit literalis, aduerte Aug. uerba. Quibus, ait, argumentis, absentis uel mortui hominis uoluntatem, ita colligam ut de illa iurare possim.

36 Neq; dicitur expressum, quod ex mente scripturarum comprehenditur.

37 Vide q̄ pulchra cōsonantia sit, inter documenta theologiæ & iuris prudentiæ. Et scias hunc argumentandi modū theologiæ studiosum prouehere posse.

38 Præmissa ad hoc ualent, ut corrigendus aut cauendus sit, tanq̄ ecclesiæ inimicus, qui id, ex re obscura astruit, per quod ueriss̄imum ac notissimū, destruit, Aug. ad Bon. Con. duas epist. lib. ij. c. si. quæ oīa copiose in probamentis aliarum & priorum conclusionū, p̄ doctores ecclesiasticos atq; iurisperitos, scripsi.

39 Ex premissis oībus infertur, quod plus seu potius adhærendum est habenti authoritatem ad literam, q̄ habenti colligibilē, uel ad mentem.

40 Secundo infertur, quod habens authoritatem ad literam, præferendus est habenti authoritatem, a contrario sensu.

41 Tertio q̄ argumentū a contrario sensu non est expressum, Sed uenit in quandam consequentiā, colligibile ex circūstantijs.

42 Si mens colligibilis, repugnat authoritati expressæ, non illi sed huic apud quoscunq; utentes, adhęremus.

43 Argumentum a contrario sensu, est licitū in theologia, dūmodo non fit correctio scripturarum, & absurditas uitatur, Argu. Aug. de correp. & gra. c. xiij. B.

44 Sed non est fortissimū, cum sit quidam tacitus, extraneus uel subauditus intellectus. Quando tamen de necessitate concludit ut ex Col. Do. v. post pascha, Deus a q̄ omne bonū, pcedit

45 Fortius est argumentū, quod legibile seu literale, uel ad literam est, Argu. Aug. de pec. me lib. i. c. xxxv. ubi multum, euidentiæ rerum tribuit.

46 Pulchrum autem est abundare, & literalibus, & colligibilibus rationibus.

47 Scriptura etenim, idem quod uno loco abscondit, in alio aperit, seu ostendit.

48 Exempli causa, cum hac literali & aperta ecclesijs authorita te, non est iustus in terra qui benefaciat & non peccet, quæ aperte, in bono opere, peccatum ponit.

49 Consonat hæc. Cum colueris terram, germinabit tibi spinas & tribulos secundum Cassi. & Bern. non curando distinct. Ambro. licet uera uideatur.

50 Item hæc, habitauit Chananeus in medio Effraim, usq; in hac diem tributarius.

51 Secundū Gre. Chananeus, uitia quædam, significat, quæ iustus dum inter facta sublimia est, retinet, in Iob lib. iij. c. xxv.

52 Idem Chananeus tributarius efficitur iustorum, quia licet ipsum subigere nequeant, attamen ad usum humilitatis detorquent, ut eo, de se mens, in sublimibus, uilia sentiat,

53 Itaq; tributarius efficit, quia iusto tributū seu censum, eum suæ infirmitatis cōmonens, & periculorum suorum memorem faciens, tribuit.

54 Vt in timore & tremore, atq; humilitate bona opera faciat. Quæ pulchre August. contra Iul. lib. iiij. ca. ij. coll. pen. & c. iij H. de na. & gra. c. xxvij. cum alijs nostris allegatis, & post eum Gre. dicit.

55 Ex quibus proxime positis infertur primo, uitium, hoc est, peccatū in medio Effraim, id est, iusto fructificante ac iustis operibus esse.

56 Secundo dum terra, hoc est, homo, colitur bonis operibus bona opera, seu ipsum iustum esse sicut lilium inter spinas, secūdum Bernard.

57 Tertio, q̄ tentationes surgunt, medium & latera bonorū operum, uitiantes, seu uitio obfuscantes.

58 Propter quod uitium, non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens, quotidie quoq; petimus nobis dimitti debita, id est peccata.

59 Propter quod uitiū, serui dei, cum omnia pręcepta fecerint inutiles fuisse accusant.

60 Sed & corrigi uolunt cum Ieremia a deo, qui tanq̄ patet filiorum, misertus est, timentium se.

61 Inquantum igitur deo fide & charitate, uno spiritu, adhere mus, non peccamus, benefacimus.

62 Inquantū eodem actu, nobis obrepunt aduersitates, concupiscentiæ, tenebræ, atq; difficultates, & tedia, uel nimia gaudia, inferunt, peccamus, Aug. de pe. medi. c. ij. cum allegatis nostris iuncto illo quod de perfect. iusti. docuit.

63 Vel sic inquantum deus operatur in nobis uelle & operari, non peccamus, inquantum aūt nostrum addimus, deficimus, peccamus, p̄ authoritatem qui benefacit in terra, peccat. &c̄.

64 Petit ob id ingemiscens ecclesia, ut sectando iustitiam a culpa ieiunet, Do. ij. feria a secunda & Sabbatho Domi. quart. in Quadragesima.

65 Si se a peccato, faciendo iustitiã custodit, quare rogãt ut culpa careat. q.d. remitte nobis debita.

66 Quibus & illa coassociat̃. Domine deus quousq; irasceris super orationem serui tui, p̃s. lxxix.

67 Nec obstat ꝙ Aug. contra Iul. lib. vi. c. v. gratiã perfecte innouare hominem scripsit.

68 Ad conclusionem xij reuertendo, opponit̃ hoc, quod iam est frequentatũ Aug. dicteriũ, non crederem euangelio, nisi ecclesiæ, me cõmoneret authoritas. Aug. contra epist. funda. c. v.

69 Ad quod per Gersonem, & male, respondetur, ꝙ Aug. ecclesiam pro primitiua congregatione fidelium eoꝝ, qui Christũ uiderunt & audierunt, accepit. Gerso. de uita spi. animæ lect. ij. cor. vij. col. ij. infi. & hæc contra Durandum.

70 Quoniam Aug. dicit, ipsi euangelio, catholicis prędicantibus uel præcipientibus credidi.

71 Melius illo Gerso. Scotus dixisse uidetur (in. q. q. xiiij. arti. i. col. iij.) de fide per auditum quæsita.

73 Licet fundamẽto eius credẽdũ esse, dubitem⁹ inficiemurq;.

73 Verius ad mentem Aug. accessit, qui ait. Nõ debes per hoc cõcludere, quod ecclesia habeat maiorem authoritatem q̃ Christus. Sed nisi ecclesia approbaret, non haberemus certitudinem, quod dicta no. & uete. test. fuissent a Christo prolata aut in uet. testa. contenta. Cardina. Alexandri, contra, I. T.

74 August. dicit se euangelio per catholicos, credidisse. Quod Gerso. non aduertit.

75 Qui eodem loco, ait, authoritate euangelij infirmata, ecclesiæ authoritatẽ quoq; labefactari, Aug. contra epi. fund. dic. c. v.

76 Idem dicit, cõtra eandem epist. Euangelio si quis credit, necesse est ut propheticis & apostolicis, credat testimonijs, quoniã utranq; scripturam, similiter cõmendat ecclesiæ authoritas.

77 Proprietati, seu uerborum sono, in sacris literis est semper adhærendum. Aug. de spiritu & litera. c. ij.

78 Restringit̃ seu limitatur hæc nisi quispiam docere potuerit uerba aliter q̃ sonant, accipi posse.

79 Hoc aũt per simplicem negationem, uel ignorantiam, uel quod fœdius est, per futilem pertinaciam, non docebit quisq̃, sed ꝑ assignationem absurditatis uel figurati sermonis. De Ser. Do. in monl. ib. i. h. & de spiritu & litera. c. iiij.

80 Ampliatur conclusio de proprietate uerborum in tantum, ut cum scriptura, de igne loquitur, debet intelligi actiuus, calefactiuus, combustiuus, non pictus, non demortuus.

81 Quando de pœnis agit scriptura, non debet intelligi, ignis alchemisticus in primo gradu, uel in secundo calidus ita quoq; in alijs terminis dicendum.

82 Quoniam ignis secundũ alchemisticos (si uerum dicunt) tactũ in primo non lædit, in secundo aũt gradu, infirmo medetur

83 Probato aliquid uerborum sono comprehendi, euestigio astruitur, illud aliquid, qualitate, uirtute, & efficatia rerum uerbis significatarum, comprehendi.

84 Exemplum de infantibus, qui in originali decedentes, æterno tenebuntur igne, quod si est uerum, prout est uerissimum cõsequens est eos qualitatibus ignis, hoc est cruciatibus affici ignis & æternis, si est æternus.

85 Nisi aliquis ostendere tex. ualeret, quo sinistris iudicem dicturũ legeremus, ite adulti in ignem, uos autem infantes in priuationem uisionis diuinæ æternam. Sed hoc non legimus nec uidemus, ob id a litera euangelica non discedimus.

86 Si est, qui eos igne contineri, sed non uri, futiliter asserit, miraculum assignans, arceri debet tanq̃ uerboꝝ dei temerator.

87 Ridiculum est sine sanctis testimonijs miraculum allegare & non probare. argu. glo. in c. cum ex iniuncto debere.

88 Gerso. dicit, suspecta est omnis reuelatio quam non confirmat lex & euangelium De exam. doct. parte. ij. consi. i. litera. e.

89 Nec sunt uerbis exempla (propositæ quæstioni extranea & impertinentia) inijcienda.

90 Regulæ sacræ scripturę, debent uniuersaliter intelligi, & ab

eis nemo excipi. Si uniuerſaliter & indiſtincte loquuntur.

91 Niſi quis demonſtrauerit teſtimonio eiuſdem ſcripturæ, ali quem ſeu aliquos, ſub regula non comprehendi.

92 Exemplū eſt de hac regula ſeu hoc decreto, q̄ aduerſus eos qui in ſiniſtra ſtabunt, dictabitur, ite in ignem æternum.

93 Peccant mortaliter, qui ſacræ contradicunt ſcripturæ, ſiue intellectæ, ſi aliquo uitio percutit, ſiue non intellectæ, quaſi melius ſapere, meliuſq̄ p̄cipere poſſint, & ſunt impij de doct. Chri. lib. ij. ca. vij.

94 Nec diſputandum eſt utrum uerum uel rectum ſit, quod in ea ſcriptum eſſe conſtiterit.

95 Quilibet obnoxius eſt cogitare potius & credere, id eſſe melius & uerius, quod ibi ſcriptum eſt, etiam ſi lateat, q̄ quod nos per noſmetipſos ſapere poſſimus.

96 Si dei authoritas ſacris literis non ſuffrageretur, ſufficeret ad conuincendum & defendendum eccleſiam, illas ab hac ſemel receptas, atq̄ fuiſſe adprobatas.

97 Teſtimonijs ambiguis, non ſoluitur queſtio, uel ſic, nemo ambigua uerba ambiguis explicabit uerbis. Aug. de ani. & eius orig. lib. i. c. xviij. & de prin. dialect.

98 Ad deſtruendū uel aſtruendum, certa ſunt quærenda teſtimonia, nō ambigua Aug. de ani. & eius orig. lib. ij. c. xiiij. ad pe.

99 Quoniam tacitum ſiue occultatum in ſcriptura licet nō ſit negatum, tamen nec utiq̄ eſt affirmatum.

100 In ſcriptura nedum ea uerba quæ inflectuntur, ſed & alia æſtimanda, & omne quod ſcribitur librandum eſt.

Præmiſſis, & ſi plures alię connexiones, quæ ſtudioſis theologiæ anſas tradere ſtudendiq̄ facultatem, & pluſq̄ logica ancillari poſſent, belle coniungerentur, attamen illas examen concluſionum, quas Egregius dominus Eckius, non egregie contra Vuittenbergeñ. & quidem iactabundus, nimiumq̄ gloriabundus contorſit, iure ſequitur.

Prima Concluſio Eckij contra Vuittenbergeñ in fundamento eſt, Eccleſiam militantem (cui tempus plenitudinis euangelice aduenit, cum ſit congregatio omniū fidelium inter quos non pauci ſunt iuſti) non uidet pœnitentia indigere.

101 D. Eckius non intelligit quod eccleſia ingemiſcit, negat q̄d eccleſia confiteť, & turpiter orationes, in qbus uerſatur, ignorat

102 Eccleſia annua quadrageſimali obſeruatione, ſe purificari confitetur Do. i. Quadrage. & uniuerſaliter coacta, dicit, peccatores, te rogamus &c̄.

103 Eckius aūt tollendo pœnitentiam eccleſiæ, eius purificationem negat, quam ipſa confitetur, ne a domino iudicetur.

104 Eccleſia Fe. ſexta præcedenti, petit dei populū, ab omnibus peccatis emundari, quæ uerba ſunt pœnitentis p̄s. l. Ita quoq̄ eccleſia expoſtulat Do. ij. fer. vi. Sacro nos purificante ieiunio &c̄. Et fe. iiij. e. Do. A noxijs quoq̄ uitijs ceſſare conce.

105 Et feria v. Do. in Quin. dicit. Deus qui culpa offenderis pœnitentia placaris &c̄. & flagella quæ meremur auerte, non dicit meriti ſumus, ſed meremur. item aduerte, pœnitentia placaris.

106 Et in alia collecta, Parce domine parce populo tuo, ut dignis flagellis caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret.

105 Nonne eccleſia ſeu dei populus, non diaboli, ſicut de Hiere. præiecimus, petit ſe caſtigari, quod ſi non eſt pœnitere, Eckius iudicabit.

108 Hoc idem inter ſuffragia, in collecta. Deus qui culpas noſtras pijs uerberibus percutis &c̄. eccleſia petit.

109 Vide Ecki collectam quam eccleſia facit & petit ab imminentibus peccatorum ſuorum periculis, deo protegente, ſaluari. Do. iij. feria. ij. & Do. ij. in Quadrag.

110 Quæ petit, a populo dei, flagella iræ diuinæ auerti, Do. i. Sabb. Quad. Sed forteſſe. D. Eckius abſq̄ libris, facile reſpondebit eccleſiam deprecari, ut ab imminentibus peccatis liberetur. Non ab his quæ inſunt, ſed quæ imminent, quēadmodum Scotiſtæ Thomiſtis ſolent reſpondere, quod Chriſtus fuit redemptor Beatę Virginis, nec male, q̄ fuit p̄ſeruata ab originali per eū

111 Verũ ut euasiones manifestis occludantur septis,ei collectã hanc opponimus,Purifica,quæsumus domine, tuorum corda fideliũ, ut a terrena cupiditate mundati, & præsentis uitæ exuantur &c̃. Fe. v.Do. iij.in Quadra. Adde & alteram, eius diei, collectam, qua petit ut sancta deuotio purificationem tribuat.

112 Ex qua oratione ad literam uidemus ecclesiã deprecari, ut fidelium dei corda purificentur, quod humilitatis causa dictum esse,nemo,nisi qui anathemate percuti uult, dicere audet.de eccle.dog.c.xxxv.iunctis.c.xxxvi. & xxxvij.

113 Per fideles dei, quos audet intelligere,nisi eos qui ex fide uiuunt,iustos.

114 Secundo ad literam apparet ecclesiã deprecari ut dei fideles hoc est iusti, a cupiditate terrena mundentur, ergo habent immundiciem purgandam.

115 Rogo Eckium,quid aliud flagitat ecclesia,nisi ut iusti mũdentur ab ædificatione illa, qua iusti super fide Christi,lignum, fœnum ad stipulam ædificat.

116 Qui nõ pereunt,sed per ignem saluantur cuius diuersa est penes Augusti.& Grego.interpretatio.

117 Edificant qui carnalia affectu,circa temporalia tenent &c̃. ut Aug. li.Ench.c.lxviij.de octo dulci,quæstionibus.q.i.d.

118 Petit ecclesia ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purificentur,ut sordes subnascentes diluantur.

119 Quod timuit illa,q̃ pulsanti sponso dixit,Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos?

120 Petit ecclesia quod Christus,patrem cœlestem facturũ,promisit uidelicet ut palmitem ad ferendos fructus purgat.

121 Cũ in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offensis & culpis,& agit pœnitentiam.

122 Petit ut fidelium corda purificentur quia omnes fideles uestustatem ex peccato relictã habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.Vide Aug.de pecca.me.lib.ij.c.vij,

123 Petit quod Apostolica præcipiunt mandata, renouaris.spiritu mentis & indui nouo homine.

124 Eximia est pœnitentia,peccata & infirmitates fateri, & sanitatem a medico precari.

125 Eleemosinæ,ieiuniũ, & oratio remedia sunt uenialiũ peccatorũ, hanc per Aug.documenta in prioribus con.satis scripsi.

126 Tametsi euangelicæ plenitudinis tẽpus ecclesiæ aduenerit.

127 Attamen uniuersa ecclesia quamdiu militauerit,quotidianæ pœnitentiæ est indiga, de pen. me.homel. ij.in Apocal. per Augus.de fid.ad pet.c.xli.de perfect.iust.Argu. Augus.dict.hypo.lib.iiij.contra Iulia.lib.iiij.c.ij.

128 Ecclesia militans ideo dicitur, q̃ rebellat semp & in omni bono opere uitijs atq; concupiscentijs arg. eorum quæ Augus. hypo.lib.iiij.& contra.Iulia.lib.iiij.c.ij.differit.

129 Fit dum iustus fortiter pugnat, fatigatio hilaritatem datoris lædit uitiatq; de perfect.iust.

130 Beatus est,ait,nõ criminosus,q̃ allidit paulos suos ad petrã Hoc fit,q̃ Charitas,huius uitæ,potest augeri,& illud incrementi,quod deest,ex uitio nostro deest.

131 Hoc uitium,peccatum est,quod ecclesia sancta,quotidiana cõfessione,nec sterili dolore expiat.Au.de sen.Iacobi & epla.iiij

132 Hoc uitium habent, qui pedum lotione indigent.

133 Quod boni & mali,filij dei,habent,semper enim dum benefacit iustus,peccat,& bonus & malus est.

134 Immo nemo coram deo (nisi iustus) pœnitet. Augus. de fid.ad Pe.Hiero.in Hieremiam.

135 Adde,q̃ septies in die,iustus cadit,sed non colliditur, quia dominus supponit manum, secundum Cassia, patet q̃ fideles iusti cadunt. Augustinus.

136 Quibus iustis,dominus manũ supponit, & ideo non imputat peccata,quod peccata sua agnoscunt,ac femur percutiunt, & debitoribus remittunt debita.

137 Mordaces illi qui sub titulo.M.& A.uerbum(imputat)tan

q̄ indecens seu non congruens notant, literas sacras tident, & ecclesiasticos adlatrant, sed cur: quia legere & intellígere, ut bene loquantur, nolunt.

138 Agunt pœnitentiam incorporandi, agunt & ueraciter ecclesiæ incorporati.

139 Sed & nullum ex literis apostolicis, quibus ecclesia sancta sine ruga & macula prædicatur) Eckius auxilium petat, ne cæteras scripturas, hac mala intellecta, ut Faustus legem Moisi laceſſat & rumpat, quoniam præmissis non obstat. Augusti. contra Iulia. lib. iiij. cap. iij.

140 Veruntamen cum. D. Eckius in secunda contra nos conclusione, idcirco magnam interiorem fecit pœnitentiam, q̄ uoluntatem reginam suorum actuum dicit, ostendit se uel ignorare literas sanctas, uel aperte eis contradicere.

141 Nam uoluntas nostra non est regina & domina eorũ operum quæ deus, ut uoluntatis essent, fecit, Aug. epla. cvij.

142 Nisi liceat cum audaculo Eckio securitatem uoluntati promittere, contra prophetica & apostolica documenta.

143 Idem Eckius se ignorare ostendit, q̄ pœnitentia est donũ dei, quod deus operatur.

144 D. Eckium hac scriptura satis cõfutari existimo quam Hieremias edidit. Conuerte me domine & conuertar, quia tu domine deus meus. Postq̄ enim conuertisti me, egi pœnitentiam, postq̄ ostendisti mihi, percussi femur meum &c̄. quam legat, & uideat confusionem suam, Hierony. interprete, Ambro. & non nullos alios non sine causa reticemus.

145 Cõmouisti terram & conturbasti eã, sana contritiones eius, quia cõmota est. Deus cõmouet uoluntates, & fit contritio.

146 Discat eodem Hieremia docente, quod dominus conuertit conuersionem nostram, quod dominus dat pœnitentiam, agnoscat orationem, quam scit. Da nobis digne flere mala quæ fecimus. Do. iiij. Sabba.

147 Veruntamen cum litera non dicat, dedisti, sed conuertisti &c̄. Et timendum sit eum qui pronus fuit hæreticum uocita re. M. quem non intellexit & hæc calumniari, legat Apostolum ne forte det illis deus pœnitentiam & resipiscant a diaboli laqueis, aduerte, det, ait, Lege Aug de fid. ad Pet. c. xxxi.

148 Voluntas est domina & regina suorum actuum, suorum omnium scilicet malorum.

149 Quando uoluntas dominatur in anima, ridet diabolus & exultat quod præperatur ei præda.

150 Deus amat in nobis quod ipse fecit. At quod ipse non fecit odit, Ambro. de Vo. om. gen. lib. i c. ij. facit collect. in primis. Dirigere, sanctificare &c̄. & Sabba. Do. iiij. Quadr. Fiat quæsumus d. Et in pascha. Deus qui per unige. &c̄.

151 Per authoritatem, omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur, & bene ad propositum.

152 Misericordia equidẽ eius super oĩa opera eius, non nostra.

153 Mutabilis uoluntas, quando ab incõmutabili uoluntate non regitur, tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni. Ambro. ubi supra. Attende Ecki.

154 Aduerte cõmodum & periculum, quando uoluntas regitur & quando in anima regit.

155 Vniuersaliter loquendo. Deus est dñs & rex in ania nostra

156 Omnia nostra, quæ deus nõ fecit nostra, mala sunt & peccata, Grego. post Aug. & alios quorum documenta cõmemoramus in prioribus conclusionibus.

157 Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuum ex me. Ex nobis perditiones, ex deo suppetiæ, & bona & salus. Si pœnitentia salutaris ex nobis. i. uoluntate nostra est falsum erit, q̄ perditio ex nobis est.

158 Omnis iustitia nostrã, hoc est, nostræ uoluntatis, est sicut pannus menstruatæ mulieris. Hanc authoritatem Thomistæ male dicunt de iustitia legis sacramentalis & nõ intelligi de alia lege scripta.

159 Pondera autem q̄ splendidum sit opus quod uoluntas in anima dum, regit, operatur.

170 Domino deo nostro iustitia, nobis aũt confusio, faciei nostræ. Si nobis est. i. nos habemus confusionem. Deus aũt iustitiam facit. quid de pœnitentia. quando nostræ est uoluntatis.

171 Sed scit Eckius in suis iustificationibus (fortasse) preces prosternere, & nõ i miseratõibus dei, ac habere suã iustitiam, nõ dei

172 Deus, ait Hieremias, facit misericordiam in terra. Tu es (ajio attestante propheta) misericordia mea.

173 Quod D. Eckius, nisi sit furiatus, de misericordia, qua deus misericos est, accipere nequit, sed ea misericordia qua misericordes operante deo efficimur, deus nostra est misericordia.

174 Iuxta Dauidicum illud, secundum magnam misericordiã tuam uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

175 Opera misericordiæ, & ea sola, deus coronat in misericordia & miseratione. Nam ei iudicium sine misericordia qui non facit misericordiam.

176 Quibus documentis lapideum pectus emolliri posset, & omnis facultas infirmi arbitrij eneruari. Quoniã opera dei non sunt in nostra potestate D. enim soluit compeditos non lib. arbitrium. D. erigit elisos, non lib. ar.

177 Si opera bona essent in nostra potestate, stulte peteremus ea nobis donari.

178 Omnia quæ ad uitam spiritalem attinent, hoc abbreuiato efflagitamus uerbo. Fiat uoluntas tua, hoc est, fac nos facere, fac nos uoluntatis opera suscipere. argum. coll. Fiat quæsumus &c̃. Sabb. Do. iiij. Et colle Fac quæsumus. Do. v. paschal.

179 Ecclesia sibi dari seu donari deprecatur, ut deum quærat, & ut gaudia promissionis quærat. ac quæsita citius inueniat, D. i. Quadrag. & Do. iiij. Sabb. Petit se illustrari vt uidere possit agenda. (Quæ Eckius sine precibus accurate perspicere potest) Do. i. Fe. iij. Item eadem Do. i. fe. v. petit dari ut agnoscat quod profitetur & cœleste munus quod frequentat, diligat (quod Eckius ex naturalibus, nullo precatu suffultus diligere ualet). Et Sabba. e. D. i. oratione utitur quotidiana, quæ in primis petit, deum præueniendo actiones nostras aspirate. & rursus, adiuuando prosequi (Eckius autem cum gratiam habet, non indiget nouo auxilio nisi se indigere fateatur.) Item ecclesia præstari sibi auxilium petit ut orationibus & ieiunijs intendat Fe. v. ij. Do. Similiter Do. iij. Fe. iij. petit sibi dona continentiæ concedi. Itidem do. iiij. fe. ij. Supplicandi prẽstari effectum. Multa dona simul petit ecclesia in collecta Do. iiij. Fe. v. & Sabba. & alijs plurimis. Vide fertilem collectã Do. iiij. post octa. paschæ quæ incipit Deus qui fidelium mentis, & Domi. v. se, ecclesia dicit omne bonum a deo procedere ergo nullum a nobis. & collect. Fe. iiij. Domi. ij. super po.

180 Quod ex Ezechielis & aliorum autenticorũ testimonijs deum facere, ut faciamus dixi, ostendam Eckio, in orationibus suis, ne posteris rursus aberret diebus.

181 Habes orationem in Quadrag. Do. i. fe. vi. Quam tibi facis deuotam, pulchre in collecta Do. ij. fe. iij. Petit ut deo operante impleamus quod eo authore cognouimus. Et in alia, sic dicit ad literam, & eius semper faciat inhærere mandatis. Domi. iij. Item do. iiij. fe. iij & do. in oct. paschæ, qui celebrati fecisti. Et in feriali collecta dicit, fecisti celebrare, fac gaudere.

182 Verum ut exemplum propositæ pœnitentiæ habeas. Aduerte quod oras sabba. Do. iij. in quadrag. Da nobis digne flere mala quæ fecimus &c̃. Quid hoc est aliud, nisi fac nos flere, largire nobis fletum peccata expiantem.

183 Innumera alia sunt exempla ex quibus addiscere deberes, Deum hoc præstare, quod nos facere iussit, nec alia sibi placere opera, q̃ quæ ipse largitus est. Nec aliquas prosequi actiones quã quas ipse inspirauit, suas prosequitur, suas adiuuat actiones, sua opera non nostra coronat, prob. per collectam Do. iiij. post oct. paschę. & collect. quæ paschæ, & ad primam inter paschalia legitur fest. per illud, qui habet dabitur, ut abundet &c̃.

184 Veniamus demum oportet ad infirmitates, ad nihil cum ecclesia dicentes. Deus qui conspicis omni nos uirtute destituis, interius exteriusq; custodi. Do. ij. in quadrag. Absit ut deus fallat se conspiciat, & ecclesia mentiatur nos omni uirtute destitui.

185 Sublata est, per hanc orationem ab homine spes, & bene.

Quoniam maledictus est qui spem ponit in homine, Eckius est homo, ergo nec in se uel in sua uoluntate spem pœnitentiæ faciendæ ponere debet.

176 Et rursus bene, ne dixeris ego feci mihi hanc uirtutem. sed memoraberis domini dei tui quia ipse tibi dat fortitudinem facere uirtutem.

177 Ergo nos sumus nihil in dei scientia, sed aliquid in diuina eius misericordia. Bernardus.

178 Si omnes profuderimus & exercuerimus facultates non habentes dei charitatem, sumus nihil.

179 Si aũt diuinas opes & supetna auxilia, ut esurientes paupe res nihilq; habentes mendicatim quęsierimus, dominus pro no bis solicitus erit, per illud ego pauper & mendicus &c̃.

180 Eant, ego & nos fecimus, euanescant nostra & ꝓpria opera, mortificemus dei spiritu, nostra, ut deus faciat sua in nobis.

181 Vbi, non ego, ibi fœlicius ego, Aug. de conti. Vbi non aliquid & nihil, ibi fœlicius aliquid, per illud exaltauit humiles.

182 Et per illud deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis. Destruxisti, ait, nos.

183 Quamdiu homini placent, ego, nos, nostra, ꝓpria, & meum & nostrum aliquid. Tamdiu uicissim in homine est, quod deo displicet. arg. Ambro. de uo. om. gen. lib. i. c. ij.

184 Sed nostrum ego, impios in seruitutem redigit, in iustis autem uehementes habet uetustatis reliquias, mirabiliter quoq; serpit tentatio, quę auffert nobis ego, tu, nos, uos, non ego, non tu. & male tu fecisti.

185 Tunc uero, quando deus regnabit & erit omnia in oĩbus. Ego & propriũ, uilescent, Arg. Aug. contra Iulia. lib. iiij. c. iij. h.

186 Summoueamus humiliter & uere, ego & nos. Et deus nos faciet saluos.

187 Non est homo uerax in quo deus non loquitur Augusti. psalm. cviij. d.

188 Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Augu. super. Ioan. tract. v. a. cum al. nostris.

189 Qui facit quod in se est, facit quod deo displicet, mentitur obloquitur, ac sibi officit.

190 Ex præmissis infertur, ꝙ bona operatio, non uoluntati humanæ, sed diuinæ debet simplicittr attribui.

191 Bonus actus (ut aiunt) quantum ad totam suam entitatem est, totus, attribuitur deo.

192 Illi aũt qui uoluntati substantiam actus (ut Capr. & Sco.) modũ uero seu entitatem minorem, deo attribuunt, quod maius est sibĩpsis, quod minus, ne dicam feces, deo deputant.

193 Ex præpositis infertur ad destructionem illius quod penes Scotum legimus, uidelicet, ꝙ uoluntas est principalis causa quãtum ad principalitatem entitatis in bono opere. Secus quantũ ad principalitatem esse meritorij Scot. id xvij. & sequaces. & Capreo. ij. d. xxvij.

164 Infertur quoq; aduersus eos, qui Augustinũ diuellunt, ne dicam corrumpũt, exponentes eius dictum, ipsa gratia augetur, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pediſſequa non præuia uoluntate, dicentes ꝙ uoluntas est pediſſequa quantum ad relationem meritorij, de qua August. nou cogitauit.

Subuersis Eckianis erroribus duobus, uideamus tertiæ illius, conclusionis plausum qua ponit, erronea apparet propositio. Nam si Canonum pœnas solum accumulatiue uult ad pœnas a deo impositas concurrere, iam laqueus, non salus, esset in canonibus &c̃.

195 D. Eckius, dum in canonibus non laqueum sed salutem esse putat & hoc latenter scribit, iudaisat, & Paulum qui dicit, litera occidit, item lex est ministratio mortis, non intelligit.

196 Aut plus hominibus q̃ deo tribuit.

197 Indiget Idem Augustino doctore.

198 Et ea caret intelligentia quã Capricornus Scotusq; Alphon

ſus & Gabriel præſtare nequeunt.

199 Cum aũt is error, qui in atramento, ſeu literis, eo factis, aliud auxiliũ (q̃ demonſtrationis & manifeſtationis) ut puta ſalutem ponit, in palæſtino iudicio ſit ſubuerſus ac condemnatus, metuendum eſt Eckium hæreſim in pulmone habere.

200 Non ſufficit prædicare dei uerbũ, aut illud legendo intelligere. Sed oportet orare ut aſſenſus ei accõmodetur.

201 Peiores efficiuntur, qui diuinam, etiam euangelicã legem, ſine gratia audiendo uel legendo intelligunt.

202 Cognitio peccati ſine gratia nocet, facit enim nos ſcire q̃d uitare non poſſumus Amb. de Iacob & uita beata. c. iiij.

203 Nud⁹ ſermo ad monendũ eſt utilis, ad p̃ſuadendũ infirm⁹

204 Nec lex ſancta (quæ facienda & deuitanda demonſtrat) & lib, ar. cum ea ad faciendum ſalutis opera ſufficiunt.

205 Si Eckius ſalutem in ſcripturis collocari putat, ipſum in iudæis Chriſtus reprehendit. ibi ſcrutamini ſcripturas quia uos putatis in ipſis &c̃. & ei aduerſatur Apoſtolus qui dicit gratiam lege teſtificari non conferri.

206 Immo ſi error notat⁹ ſubſiſteret, magna Biblię p̃s falleret

207 Paulus quoq; inſanuiſſe merito conuinceret, qui uelut gratiæ defenſor dixit. Si iuſtitia ẽ ex lege, Chriſtus gratis eſt mortu⁹

208 Si Eckius de ſalute ſecius, q̃ nos, dixit, eius concluſio contra Vuittenbergeñ. poſita non urget nec ualet. Sed aduerſus ignẽ cereo pugnat ſtimulo.

209 Verum ſi de ſalute locutus eſt more ſcripturarum, apoſtolicis aduerſatur documentis.

210 Ex præmiſſis colligitur, q̃ ſi Canones conſcientiam obligant, ſolum præuaricationes accumulant, præceptum eccleſiæ oſtendunt, & ultra non progrediuntur.

211 Cum autem D. Eckius, Vuittenbergeñ. non dicit attendere ueritatem, uidelicet q̃ Canones ſunt pœnarum a deo impoſitarum declaratorij, niſi ſale cõdiatur, euaneſcet iactata ſua ueritas, ſi non per f. ſcripſeris.

212 Petit tñ ut idem Eckius in propoſitione ſua (q̃ incipit Erronea apparet &c̃) ad idem & apertius loquatur. Quæ enim controuerſia eſt partium non aduerſantium, niſi ſic dicat Canones cumulatorios aut declaratorios pœnarum, ſed parua & minuta non curamus nec proſequimur ſophiſmata.

Reliquas Eckij concluſiones, ad aliam diſputationem reſeruabimus. Iſta pro defenſione ſacrarum literarũ & ſimplicium Vuittenbergenſiũ, quos tanq̃ leo rugiens quærit deuorandos, & abeccleſia reijci curat, intacta præterire non licuit, ſed copioſius aduerſum repugnantem militare quoq; lubebit.

213 Liberum arbitrium ita defendimus, ut non oppugnemus gratiam per quam fit liberum.

214 Ita prædicamus uirtutes hoĩm, ut ſalua maneat ſcriptura.

215 Non iraſcantur Theologis philoſophi, ſi eorum ſapientiã, ueram prædicant ſtultitiam. quoniã & contra, diuina ſapientia apud eos reputatur ſtultitia, ſed quod ſtulcius eſt dei, ſapientius eſt mundi.

216 Nemo debet gloriari, & ſi utiq; nõ gloriari non poteſt, in domino, non in homine glorietur.

217 Glorietur in infirmitatibus & difficultatibus ſuis ut uirtus Chriſti perficiatur.

218 Qui facit opera uirtuoſa propter honorem, propriam quę rit gloriam & laudem.

219 Sua quærit, qui honorem quærit, Charitas autem dei, ſine qua, nulla uera ſubſiſtit uirtus, non quærit ſua.

220 Ethica Ariſtotelis eſt plena pompis & proprijs honoribus & ob id plus retrahit a doctrina ueratum uirtutum, q̃ ad eas diſcendas confert.

221 Ethica Ariſtotelis non aliter q̃ ad impugnandum eam, in his locis quibus mores inſtruit, legi debet.

222 Si ad tribunal hominum, iudicium futurum eſſet, merito de laudibus hominum gloriaremur.

223 Quod ſi noſtro examine iudicandi eſſemus, iure proprijs

laudibus delectaremur.

224 Nunc cum nec uestro, nec meo, sed dei iudicio sum præsentandus, insipientia & insania est, in uestro, me, aut meo testimonio gloriari, honoresq; quærere.

225 Secundum Aristotelem de nostra iustitia & eius circumstantijs possumus iudicare, & iustitiam habere.

225 Secundum ueritatem nostrum iudiciũ non sequimur, per illud, sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum, qui me iudicat, deus est. Quæ consonantia inter iudicium: quod Apostolus reprobatum. Aristote. approbatum dicit.

227 Bene uerum est, q̃ nemo scit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui est in ipso.

228 Attamen illud iudicium non est approbatum. Approbatum est illud iudicium, quod scit, non quod ignorat peccata, & infirmitates nostras.

229 Prauum est cor hominis & sibijpsi inperscrutabile, præsentia, magna ex parte ignorans.

230 Secundum Aristotelem gloriari potest aliquis in operibus uirtuosis, quæ ipse sibi comparauit.

231 Secundum ueritatem non est in operibus gloriandum hoc est, non est operum honor intuendus & quærendus.

232 In domino cum timore gloriandum est, non quia eo donante magni sumus, sed quia fecit.

233 Secundum Aristotelem licet homini quærere quæ sua sunt honores scilicet & laudes.

234 Secundum ueritatem, peccatum est, laudem hominũ quærere. Contrarium asserens, Christi uerbum lædit.

235 Virtus Aristotelica sua quærit, Christi autem & uera uirtus sua non quærit, aliena nec rapit.

236 Cum autem sibi placere, suos honores expetere, superbire sit, consequens est omnem uirtutem Aristotelicam superbiam esse penes ueritatem.

237 Qui sibi placet deo non placet.

238 Non debemus nos, nisi in deo diligere. Idem Ambro.

239 Virtus uera in infirmitatibus perficitur, & hominem sibi facit uilescere, & in nullo suo gloriari, in infirmitatibus inquam libr. & hominis impotentia.

240 Gratia ad ueram uirtutem sufficit, si bene attenditur Apostolus, patet quid faciat noster conatus.

241 Qui naturali conatu uitijs reluctari conatur, huius tantum temporis uitam steriliter ornat.

242 Ad ueras uirtutes, nequaq̃ naturali conatu proficimus.

243 Falsissimum est, quod deus secundum conatum nostrum dat uel gratiam, uel gloriam.

244 Sine cultu ueri dei, etiam q̃d uirtus uideꝫ pct̃m est Ambr.

245 Ex præmissis infertur ad pericula quæ Christianis ex Aristotelicis imminent moribus.

246 Cũ uelut dissonantia sint documenta Aristotelis & Christi, ac contraria contrarijs non explicentur, sed destruantur, uideant prędicatores quã rationem sint deo facturi, q legem Christi, p Aristotelicos mores interpretanꝫ, ne dicam subuertunt.

247 Patet itidẽ q̃ uirtutes Aristotelis a Christo retrahunt, & falsam esse quorundam scientiam, qui Ethicam Aristotelis theologiæ deseruire ferunt.

248 Patet item falsitas illius, quod auctus in genere moris plene moraliter circumstantionatus a deo ulteriori bonitate, hoc est gratificante, perficiatur gratia.

249 Non possum a Pelagiano errore excusare eos, qui ita uoluntati pediſſequam faciunt gratiam, quã secundum merita de congruo dari fantur.

250 Petrus dicens suo domino. Non lauabis mihi pedes &c̃. secundum Aristotelem, honorem, secundum ueritatem dehonorationem uel reprehensionem meruit.

251 Petrus domino futuras ei prædicenti passiones, Absit inq̃ens dñe a te &c̃. secundũ Arist. forte pius fuit & sine scandalo.

252 Secundū ueritatem, non fuit pius, ſed dignus qui audiret a Chriſto, Vade poſt me Sathana, ſcandalum mihi es.

253 Pietas quam facit lib. ar. quæ ea quæ hominum, non dei, ſunt, ſapit, eſt nulla immo uituperanda.

254 Bene poſuerunt, qui ſcripſerunt, q̄ lib. ar. eſt ſuorum operum principium, ſi bene intelligerent.

255 Secundum Ariſtotelem, magnum eſt ut ab hominibus, ſecundum ueritatem, mihi pro minimo eſt, ut a uobis iudicer, nec meipſum iudico, Aduerte, quanta diuerſitas.

256 Quando greſſus hominis a domino dirigunt̄ tunc uiam eius ſcilicet Do. uult. Proinde precaṁ eccleſia ſic. Deus qui erranti bus, ut in uiam poſſint redire iuſtitiæ ueritatis tuæ lumen oſtendis. Da quod iubes &c̄. Do. iij poſt octa, paſchę.

257 Vt uelimus deus ſine nobis facit, ſed cum uolumus bene, rapimur & agimur.

258 Cauſa exercendi ingenij, non concludendo, tenemus, q̄ ſacris ſcripturis inſiſtendo (citra eccleſiaſticorum dicta) lib. ar. ſolū inſtrumentaliter concurrit. Et ita deus nobiſcum operatur cū uolumus, ſicut artifex cū ſerra, ſaluis naturis, eiſq̄ ponderatis.

259 Hoc uidetur docuiſſe Apoſtolus qui ſcripſit. Non ego, ſed gratia dei mecum.

260 Nam coniunctio. Cū, coniungit acceſſorie & minus principaliter, ſecundum Paulum & Gaium iureconſultos, & bene.

261 Prodeſt & Chriſti uerbum dicentis. Non uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis.

262 Congruit & hoc apoſtolicum', qui ſpiritu dei aguntur hi filij dei ſunt, aguntur ait.

263 Si Auguſt. non ſenſit paruulos in originali decedentes, perpetuo igne cruciari, eum non intellexerunt ſcholaſtici (qui defenduntur) dicentes, q̄ exceſſiue locutus ſit.

264 Verum ſi in contraria fuit Auguſt. ſententia, eū ſcholaſtici ad mentem intellexerunt, ſed male locutum, male affirmant.

265 Quantumcunq; aliqui, mente Auguſtini (quam colligere nituntur, ut dicant morientes in origenali non cruciari) ſe tueantur, eis Auguſt. ad literam, qui dicit, ignis æterni ſuplicio puniendos, refragatur. de fide ad Pe.

266 Noſtram poſitionem uerba aſtruunt ſententiæ, quā, ęquiſſimus iudex, contra eos, qui in ſiniſtris ſtabunt, uidelicet ne in ignem æternum, proferet.

267 Qui continuo ſubiecit, qui præparatus eſt diabolo & angelis eis, ut illi qui ignem æternum diſtinguunt, redarguerentur, & confutarentur ij qui illis ignem Alchemiſticum in primo uel ſecundo gradu calidum deputant.

268 Et alio loco, in tenebris exterioribus dicit eſſe perpetuum dolorem, immedicabilem morbum, uincula non ſolubilia, lachrymas ignitas &c̄. & alia in effectu, quibus ad literam, pœnam ſenſus concludimus.

269 Nos doceant illi, ſi poſſunt, alium ignem habituros infideles infantes, alium adultos.

270 Sed quia hoc docere p̄ ſacras literas nequeunt, ad ignem alchemiſticū (qui tactum non lędit) infideles paruulos mittunt.

271 Nec demonſtrare eos poſſe ſcripturam credo, qua legitur iudicem ſiniſtris aliquibus dicturum. Ite uos adulti in pœnam ſenſus. At uos paruuli in damni pœnam.

272 Nec credimus aduerſantes, ex circumſtantijs ſcripturarū colligere ſuam opinionem poſſe, & ſcimus Pe. Apoſto. docente, q̄ ratio naturalis nec concludit, nec ſcripturas interpretatur. infra concluſionem peculiarem uide.

273 Proinde ſanctam honorantes ſcripturam, medium inter eos, quos ignis cruciabit æternus, & eos in quibus erit deus omnia in omnibus, cum Auguſtino, ignoramus. hyp. lib. v. melius tamen ex cauſa dicenda, tertium locum neſcimus.

274 Nec cōtra lras, tametſi graues uideanṫ, temere latrabimus

275 Etſi infantes huiuſmodi, proprium actionis peccatum nullum habuerunt, origenalis tamen peccati damnationem, carnali natiuitate traxerunt. Aug. de Fid. ad Pe. c. xxvij.

276 Eos, qui secius docent, hæreseos nota Augustinus inurit. dicens. Si quem contraria his dogmatisare cognoueris, tanq̃ pestem fuge, & uelut hæreticum abĳce. de fid. ad Pe. c. xliĳ.

277 Idcirco uerũ maneat, quod de damnatis indiscriminatim legimus. Ignis eorum non extinguiẽ, & uermis eoꝝ nõ morieẽ

278 Eluant aduersarij hæreseos notam, si ualent, & hanc absurditatem defendant. uidelicet q̃ infideles. ipsi sanctis fidelium animabus æquant. quantũ ad pœnam (ut ferunt) attinet priuatiõis

279 Nam ante passionem domini, omnes animæ sanctoꝝ in inferno, sub debito priuationis Adam tenebantur. Augusti. de eccle. dog. c. lxxviĳ. iuncto capite sequenti.

280 Proxima secundum scholasticos bene procedit. quoniam perpetuum & æternum non uariant speciem. Itaq̃ priuatio uisionis in patriarchis & infantalo infideli, ante passionem non distabant specie.

281 Verum sit & maneat, licet philosophorum nullus sentiat, q̃ corpora infidelium animalia & corruptibilia resurgent, ac perpetuo igne exurentur. licet sit mirabile, corruptibile applicatum corruptiuo, nunq̃ corrumpi.

282 Pœna, quam scholastici, damni uocant, in inferno est maxima, hæc legitur in lib. de tripli. habit. Aug. intitulato.

283 Veruntamen cum eam Augustini esse quidam hæsitent, & nudus loquar, ne hæreticus iudicer, eam disputatiue pono, q̃ quam scholastici sæpius sine authoritate & inermes sint, attamen nolint uel hæretici uel temerarij censeri.

284 Sustinebitur tamen per illam authoritatem. Nec dederis mihi paupertates, ne periurem nomen tuum & blasphamem. Item in inferno quis confitebitur tibi?

285 Pœna priuationis gratiæ & uisionis diuinæ secundum ecclesiasticos est pœna sensus, hoc est, discrutiens & affligens.

286 Et tam magna, ut in eius comparatione omnia tormenta, & pœnaꝝ genera, eligerent, ut gratia uel uisio haberet. hęc patet de iustis in hac uita. & eius materia alias oportunius tractabiẽ

287 Sine liberum ārbitrium, cũ nec male nec bene neq; fœliciter uitiaẽ, quo spiritu Vuittenbergensiũ quidam debilis inimicus qui lumen gloriæ in uitro se demonstraturum, iactauit, uehatur agiteturue nescimus.

288 Deus non respicit, opera nostra, quando uel gratiam infundit uel beatitudinem, hoc est, regnum suum confert.

289 Propter illud, non ex operibus nostris ne quis glorietur. Et per illud. pro nihilo saluos facies eos. Et per parabolam Christi, tantum nouissimo quantum primo, da.

290 Omnes qui in libro uitæ sunt scripti iustificabuntur & fiunt salui, per illud Hiere. perpetua charitate dilexi te, ideo miserans in misericordia attraxi te.

291 Per Ambro. aut incerta præscientia, mutabile consilium & inefficax uoluntas.

292 Et per Apostolicum documentum, quos præsciuit ut prædestinaret, prædestinauit ut uocaret, uocauit ut iustificaret &c̃. Et illud in uoluntate tua deduxisti me & cũ gloria suscepisti me.

293 Item per doctrinam Christi, habenti dabitur & abundabit. Non habenti aufferetur, & hoc, quod habere uidetur.

294 Idcirco opera secundum gratiam prædestinationem. sed non contra, prædestinatio secundum opera defendi potest.

297 Attamen uerũ est, q̃ quidam ita sunt prædestinati, ut sanctorum precibus committantur.

296 Veruntamen cum hoc iudicium dei occultum sit (& per crucis profundũ, ex quo omnia alia surgunt ac crescunt significet) debemus nos precibus sanctorum semper commendare.

297 Non ut, uel gratiam, uel beatitudinem, nobis conferant, sed quatinus deus largiatur, intercedant.

298 Quoniam sancti salutem corporis, nec mentis conferre, dare, concedere uel tribuere possunt. Aug. p̃s. xxxv. g.

299 Hoc nos docet ecclesia, orare. Da domine populo tuo salutem mentis & corporis. F. ĳ. in passione. Do. iiĳ. feria. vi. in Quadrag. de. S. cruce in com.

300 Et in lætania magnã, non sic deprecatur, sancte Sebastiane libera nos a peste, sed sic a clade & peste, libera nos domine.

301 Intercessiones sanctorum pro nobis deus præstat, hoc fatetur ecclesia dum orat. Præsta qms o.d. ut sancti tui non desinant iugiter orare pro nobis, arg. c. obtineri. xxiij. q. iiij.

302 Ad præmissa redeundo nõ credimus Aug. scripsisse. Si nõ es prædestinatus, fac ut prædestineris, contra cõmunem errorẽ.

303 Sed sic, Non traheris oro ut traharis.

304 Qui per artes liberales, sacro sanctam Theologiam intelligit & interpretatur, quemadmodum asina Baalam sonat loquitur q̃, ignorans quid dicat.

305 Intellectum sacratum literarum ex liberalibus pendere atq̃ colligi artibus affirmare, nisi Grammaticam acceperis, error est pœnitendus & illico expugendus.

306 Ostendat ecclesiasticus ille, qui scripturã per dialecticã enucleauit. & doceat hoc ei licuisse. Non obstat. c. relatũ xxxiij. d.

307 Si illa authoritas, Deus uult omnes homines saluos fieri. i. saluandos, uel qui salui fiunt uult saluos fieri (iuxta unum Augustini intellectum) accipitur, male & contra mentem Damasceni (ut eum scholastici eorũq̃ defensor inducunt) astruitur, hoc esse uerum de uoluntate antecedente non consequente.

308 Nam si cõsiderantur saluandorũ opera consequentem habemus uoluntatem, sin autẽ naturam suam ab eo factam deus consyderat, uoluntas aderit antecedens. secundum scholasticos.

309 Licet deus nõ respiciat opera futura, attamen figmentum huiusmodi duplicis uoluntatis Scholastici excogitarunt.

310 Male ergo & ignoranter Damasceni documentum intellectui Augustiniano contextum est, quoniam non conueniunt, sed diuersa, non autem aduersa protulerunt.

311 Cũ Damascenus in loco citatæ authoritatis duplicem prima fronte recipiat intellectum, denuo ignauiter pro dubiæ quæstioni explicatione seu decisione inducitur, quoniam certa non ambigua allegari testimonia debent.

312 Præmissa adeo firmatur, q̃ alter intellectuum, Scholasticę interpretationi non modo non consonat, sed aduersatur.

313 Liberum arbitrium, cum sub peccato captiuũ ducatur peccati dominium patens, tentationes pati eis consentire, & semp peccare cogitur.

314 Per illud. Noluit benedictionem & elongabitur ab eo. per illud spiritus uadens & non rediens. per illud, inducam sup eos malaj, a quibus exire non possunt. Educ de necessitatibus meis animam meam, ille orauit qui hoc cognouit.

315 Nec obstat, q̃ omne peccatum est uoluntarium, licet lib. arbit. in necessitatibus positum, necessitetur cogaturue, tamen necessitates illę fuerunt uoluntariæ.

316 Hoc nondum in scripturis intellexerunt, nec in August. inspexerunt, qui sunt Vuittenbergensium audaces aduersarij.

Exclusores nostri.

317 Bona uulgaria, nouo licet uocabulo, pietatis opera, naturalis, sunt peccata apud Theologos apertissima, patet ex præmissis de. S. Petro.

(fatemur.

318 Pctõres malos, deũ intelligere posse, sed et gratius peccare,

319 Fucatæ & pictæ infidelium uirtutes, licet sint peccata, non tamen sunt indiscriminatim crimina.

320 Liberum arbi. nisi fuerit per Christum liberatum, non est indifferens, nec ad gratiam se reflectere, uel uertere ualet.

321 Si homo per liberum arbitriũ potest facere quod uult, quo modo ueritas illius iusti subsistet, non quod uolo bonum, sed quod odio malum, facio.

322 Opera quæ fiunt secundum diuinam gratiam, fiunt secundum misericordiam, gratia enim & misericordia identificant.

323 Doceri petit. Si dum omnia fecerimus sine charitate, attamen nihil fecimus, quomodo absq̃ charitate imperfecte præcepta impleamus. Cum imperfecte facere, est utiq̃ facere. Vbi manet authoritas Christi. Sine me nihil potestis facere.

324 Certe ineptissima illa est quæstio, & uere anilis, habent in

pectore uulnus, quare non saluat nos uerbo? qui creauit omnia uerbo? cum sit uerissimum, quod deus suo uerbo sine meritis, nos saluat, nostris.

325 Deus non mutat pœnã æternam in aliam temporalem, q̃ pœnitentiam illam perpetuam .i. totam uita faciendam, in iudicio perpetrati admissi, & decreto condemnationis.

326 Ad dimissionem peccatorum, homo nihil agere debet, nisi uere pœnitere. quod si fecerit. nihil est quod deus puniat.

327 Nisi frater meus sit propheta a deo destinatus, ut corrigat Ezechielem & alios prophetas.

328 Deus per Ezechielem dicit. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est. omniũ iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.

329 Si deus, acta pœnitentia, peccatorum non uult recordari, nos doceat idem bonus frater uel suus præceptor, si pœna temporali, æterna dimissa, deus peccata plectit, an non sit recordari peccatorum, probabiliter.

330 Et Esaias dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me (non dicit propter pecunias) & memor non ero, tu autẽ memor esto Memor esto. per cõfessionem, memor esto redimens ea eleemosynis, da eleemosynam & omnia munda erunt.

331 Hieronymus. Propter me, quia misericos et patiens & multarum sum miserationum, nõ propter nũmorum sonum, quoniam si indiguero. non dicã tibi &c̃. Et propter me, ut scias non ob meritum tuum. sed propter meam clementiam.

332 Vere pœnitere quid sit, Ezechiele prõpheta & Cypriano glorioſissimo martyre maioribus & præceptoribus discamus, qui dicunt. Si pœnitentiam ab omnibus peccatis suis egerit, & custodierit oĩa p̃cepta dei, & fecerit iudiciũ & iustitiã, uita uiuat.

333 Augustino & Ambrosio doctoribus. Qui uere pœnitet, ipse sibi displicet, omnia aduersa habet, ipse sui accusator, ipse sui testis, ipse se perurget & stimulat, nec inuenit quo fugiat, hoc bone est mentis, uulnus sentire peccati, quod siquis non sentit immedicabilem habet ægritudinem.

334 Qui ita pœnitet, & peccatum suum contra se in suum conspectum semper euocat, iudicat atq; damnat, fœlix ibit in patriam, nec post mortem in purgatorio futuros patietur cruciatus: licet bene moriendo peccet.

335 Dummodo peccatum, in pœnitentia sua, inutili diluat, cõfidenter dicendo. Amplius laua me ab iniquitate mea, quoniam iniquitatem meam cognosco. O domine quia misericors es, & ego inutilis in pœnitẽtia mea deficere me. i. peccare cognosco, & ipsum peccatum iudico, noli me iudicare, sed tantum laua.

336 Si non lauetis me, partem tecum non habebo, qui dixisti, age pœnitentiam & amplius noli peccare.

337 Quanq̃ secundum sacras scripturarum authoritates in uere pœnitente, quod denariorum sono redimi debeat, compertas nihil, tamen de indulgentijs nihil concludo, nec eas ut diuulganter approbo. Sed improbare teneor ob id quod opimas hominum exuuias, non animas hominum diligunt atq; pelliciunt, & iudicium octennio extremũ futurum sciunt ac docent quod Christus Apostolorum non esse differuit.

338 Dubito an ecclesia uelit suas iniurias & inobedientias uel rebelliones post remissam transgressionis obligationem uindicare, aut suspendere, donec præuaricator ad ecclesiæ decretum per pecunias uel bona opera se redemerit.

339 Dubito etiam an ecclesia, remissis iniuriarum obligationibus, pœnas exigere possit. arg. l. Si unus § Si pactum. ff. de pac. iunc. c. i. de no. ope. nunc. Canones iudicium legum imitantur.

340 Hoc arbitror ueritati cõsonare quod quilibet sacerdos (nullo prælato dempto) suo subdito petenti sibi remitti, & culpas & pœnas remittere tenetur.

341 Quod si non fecerit, existimo subditum, præcepto etiam discoli domini ligari. Per ista tamen nihil uolo de indulgentijs contra prælatos catholicos dixisse.

342 Peccat tamen prælatus non dimittens.

343 Ad confutandas nouas, quanq̃ indoctas, cuiusdam conclusiones, ultra ea quæ in principio scripsimus, quibus denicq̃ nouitas illa fracta & comminuta uidetur. pro Vuittenbergensium Apologia, suppositas conclusiones tractabimus.

344 Non inficiamur Ro. Pon. nouas condere leges. item dispensare, & plene interpretari posse.

345 Vbi uero aperte Dominus, uel eius Apostoli diffinierunt, ibi Ro. Pon. non nouam dare legem, sed potius usq̃ ad animã & sanguinem confirmare debet. textus est rotundus in. c. sunt quidam. xxv. q. i. quo non dabitur glosella fortior. Nõ obstant quæ in glo. & deinde aliꝭ tanguntur.

346 Vsq̃, in eo textu, non capit exclusiue, sed ut aiũt inclusiue.

347 Si Ro. Pont. quod docuerunt Apostoli & Prophetæ, destruere niteretur, non sententiam dare, sed magis errare conuinceret. Ita Vrbanꝰ Papa in. d. c. sunt quidã in q̃ uideat garrulus frater, si bene adulatus sit Ro. Pon. cuius anteceſſor contrariũ dixit

348 Hereticus est quicunq̃ aliter scripturam intelligit, q̃ sensus sanctiſpiritus efflagitat. xxiij. q. iij. hæresis secundum Hierony.

349 Hereticus est, qui alicuius temporalis cõmodi, utpote pecuniæ uel uani honoris, aut defensionis sui erroris, principatusq̃ sui gratia, nouas opiniones, potissimum sacræ Bibliæ difformes, gignit. August. de uti. tre. c. i. xxiij. q. iij hęreticus.

350 Populus autem simplex, qui huiusmodi prædicatoribus credidit, imaginatione quadam ueritatis illusus est.

351 Qui falsa credit, hęreticus est Augusti. quæstionum euan. secundum Matth. c. xi.

352 Hæreticus est, & extra ecclesiam animo existit, licet corporaliter intus uideatur, qui falsa credit (multo magis qui seminat) de aliqua parte doctrinæ, ad ædificationem fidei ꝓtinente, multas tales ecclesia portat Augustinus ibidem.

353 Hæreticos illos, qui ita falsitatem sententiæ suæ defendunt ut intentam faciant multitudinem, ecclesia pellit, eliminatq̃, Augustinus ubi supra.

354 Non loquitur Augu. de doct. scholasticorum & humanis inuentis, sed de cononicis, hoc est Biblicis.

355 Pseudo prophetas, eos arbitramur, qui aliter scripturarũ uerba accipiunt, q̃ spiritusſanctus insonuit. xxxvij. d. uino secundum Hieronymum.

356 Quamuis in diuinis scripturis multa sint uerba, quæ ad eũ sensum trahi possint, quem unusquisq̃ sponte præsumpserit. Attamen lex dei non debet secundũ propriam ingenij uirtutẽ seu intelligentiã legi uel doceri. xxxvij. d. relatũ secundũ. Cle. Ro. Põ.

357 Quod Vuittenbergenses, ex ipsis scripturis capere ueritatis sensum instituerunt, & bene secundum prophetica, Apostolica & Pontificia decreta. Non extraneũ quærentes intellectum. Ob id illi, qui suo spiritu, & Aristotelico adminiculo ipsas interpretantur, eos hæreticos esse inuulgant.

358 Qui dicit, quod sancti patres ecclesiastici dixerunt, & nõ retractarunt, temeritatis argui non potest. Secundum inno. quẽ Philipp. Deci. patrem ueritatis uocat.

359 Hoc est optimũ Ro. Pon. dictũ nostrũq̃ munimentũ & calybeus thorax. male enim arguitur hęreseos, q temerarius nõ est

360 Licet pecuniarũ aucupes & quæstores opũ diligentissimi, contra nos se triũphasse glorientur, hoc tñ affirmant sicut cætera falsa q̃ scribũt, & multas in iure Canonico ineptias conficiũt.

361 Non est hæreticus, qui curat. Ne innocens criminis (lupo ululante & in suum tribunal lacerandũ agnum euocante) in locum non tutum, & ad inimicum perueniat iudicem.

362 Offerre etenim sed ad tormenta uel forsan mortem per uiolentiam, non per iustitiam, aut in hostium sinu se reponere, abhorret natura, humana fugit ratio. hæc iure & laudabiliter recusantur Cle. pastoralis, de re. iudi.

363 Citatio etiam neglectis seu contemptis præmissis non arctat. per alleg. Cle. pastoralis.

364 Idcirco laudandus est princeps, qui curat ne rapaci lupo, agnus commendetur, aut in leonis fauces ueniat, ad h oc etiam quemlibet Christianum obnoxium dicimus.

365 Non est hæreticus, is, quem inimicus suus hæreticum cri-

minatur, sed qui legibus decernentibus, hæreseos crimen incurrit seu admittit.

366 Non est dubium quin hæreticorũ bona ipso iure uel facto sint confiscata. Attamen confiscatio ipsa, anteq̃ sententia, admissi criminis, fuerit promulgata, non habet excutionem, nec sortitur effectum. c. cum secundum leges de hære. vi.

367 Nec est dubium hæreticos, anathemati subiacere, & excõmunicatos esse sed male infertur textibus.

368 Quantumcunq; tamen aliquis sit ipso iure uel facto a Canone excommunicatus, non debet in publico euitari, nisi lata sit sententia declaratoria super hoc, & pars citetur ad uidendũ & audiendum se Canonis uel legis pœnas incurrisse, uel ad allegandum & dicendum causas quære &c̃.

369 Et est hodie quædam extrauagans Martini quinti, edita in concilio Constantiæ. Quod excõmunicati etiam notorij, non sunt de necessitate uitandi, ante publicationẽ uel denuntiationẽ.

370 Limitat̃ præcedens, nisi essent excõmunicati pro percussione personæ ecclesiasticæ. Hæc exceptio regulam extendit priorẽ.

371 Omnia iura canonica quæ dicunt, ipso iure uel ipso facto, aliquem puniri confusione bonorum, uel quacunq; alia pœna, nõ requirũt aliud q̃ declarationẽ iudicis de cõmisso crimine.

372 Sed aute sententiam declaratoriam, commissionis uel incursionis ipso facto, pœna non sortit̃ effectũ, sed stat in suspẽso.

373 Est tamen talis excommunicatus ante declaratoriam, sed non est contagiosus, sicut nec pœna contagiosa.

374 Donec fuerit declaratus, resultat effectus notabilis. quod non erit euitandus in diuinis & in cõmunione, nec in alijs tanq̃ excommunicatus ampliatur, etiam a scientibus excommunicatum talem de necessitate non debere uitari.

375 Male idcirco bonos Christianos, hæreseos accusat, & impolite atq; imperite, eorum fautores hæreticorum (qui nec tales sunt in ueritate. Nec si essent (quod procul absit, tales declarati sunt) pungit atq; perurget, eis quidem (quibus hæreticorũ genus semper fuit odiosum) infamiæ suspitionem, immo notam, nisi infra annũ fecerint satis, inijciens. Quod facit, ut deficientibus ei sacris literis, homines uel uano terrore, uel adulatione seducat

376 Possunt & hæretice prauitatis inquisitores, praui atq; maleuoli esse, ac hęreseos crimine premi. legimus nimirum prauos inquisitores nouæ constitutioni. Clemen. occasionẽ præstitisse.

377 Inquisitor hæreticæ prauitatis dum contra hæresim inquirendo procedit. non debet de fide catholica par cerebrosa & illegitima inuenta, sed iuris documenta negotium sublatis amore & odio inchoare, & illud sacris literis ac constitutionibus diffinire, sed per legem dei de fide disputare.

378 Cætera ad aliam disputationem, aut potius ad librorum editionem (non possunt enim tam ardua negotia breuibus inermibus conclusionibus diffiniri, reseruamus.

379 Connexa & cohærentia, iudicantur sicut ea quibus connectuntur & cohærent.

Saluo iure addendi minuendi & cætera huic certamini necessaria faciendi. Item corrigendi, non literas sanctas seu canonicas uel ecclesiam fidelium uulnerandi, sed errores maledicto primi Adã obrepantes detestandi dicturus. Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris domine.

Et protestat̃ prout est iuris, moris & stili Theologici. Insup̃ se aliter nõ sensurum q̃ sacrosancta scriptura & catholica ecclesia docuerit, item & eius decreto obediturum sese. Insuper eos qui non ex sacrosancta Biblia, neq; ex sanctorum patrum canonisatis doctrinis irrigati sunt. sed semetipsos doctores & scripturarum interpretes, ita faciunt ut multas misere scriptura angustias patiatur, atq; eos qui odio uel amore uehuntur tanq̃ suspector recusat & reprobatum iudicium declinat, de quibus omnibus ac singulis protestatur. Subijciens se & omnia sua protectioni, tuitioni atq; defensioni S,. Ap. &c̃.

Datæ Vuittenbergæ causa exercendi ingenij. Die uero ix. Mensis Maij. ANNO Domini M. D. XVIII.

Cum condalia uel concluſiones noſtras, ita, at nec inconſulto, ediderimus, ut nonnullæ eandem proferre ſententiam uideantur. Idcirco ſuppoſitos nobis placuit epilogos adijcere, ne inſtituto noſtro, aut concluſionum numero deeſſet particio.

380 Deus omni eũ recipienti, dat poteſtatem filium eius fieri.

381 Deus continuo & indubitanter quod ſuum eſt inſpirat. Si eſt qui recipiat.

382 Aug. Si codex eius menda caret, quod non credimus, liberius ſcripſit, neceſſario dat quod ſuum eſt.

383 Dei gratia nulli deerit. Si bonę monitiõi uolũtas adhęſerit.

384 Deus hoiem uocat, ſcd'm q̃d uocationi aptꝰ eſt & cõgruit

385 Deus ſine noſtra uoluntate non operatur noſtrã ſalutem.

386 Qui te creauit ſine te, non te iuſtificat ſine te.

Ex illis ueris & gratiæ diuinæ teſtibus, ſed tamen contra eandem continentiam, ſequentes uulgo eliciuntur quibus ſecurim gratiæ obiectant.

387 Ergo in noſtra poteſtate eſt recipere Chriſtum Deum.

388 Conſequens eſt hominem ex ſeipſo ſe diſponere poſſe ut filius dei fiat.

389 Ideo uoluntas põt eſſe ſeipſa, q̃ recipiat, q̃d deus dare põt.

390 Quamobrem inferẽ etiam ad auxiliũ generale, non diſcernens bonos, ſed coadiuuans uoluntatem ut dona dei capiat.

391 Idcirco aptitudo & congruentia ad diuinam uocationem ex homine eſt.

392 Ideo uoluntas requiritur ut præuio actu occutrat.

393 Ideo actus uoluntatis præcedit iuſtificationem Dei.

394 Quæ ſunt falſe & ex mente præmiſſarum ſeptem minime colligibiles.

395 Primæ ineſt illa. Nemo recipit Chriſtum niſi tractus à patre, & hæc, non uos me elegiſtis &c̃.

396 Secũdæ iſta, erratis lõge & facti eſtis ppe in ſanguine Chri

397 Et illa, Iſrael ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit.

398 Immo & hæc, homo nõ poteſt datam gratiam ex ſuis uiribus cuſtodire.

399 Quarte. Tota die expãdi manus meas ad populũ non credentem, iuncta hac, palã apparui his qui me non interrogabat.

400 Quintæ, Hæc authoritas cuius uult miſeret, & quem uult indurat.

401 Sextæ iſta. Sine me nihil poteſtis facere, & hæc authoritas Dominus dabit benignitatẽ, & terra noſtra dabit fructũ ſuum.

402 Non fit ſine uoluntate, hoc eſt non extra.

403 Nõ fit ſine uoluntate, quia deus facit uelle & operaẽ uelle.

404 Opera hominis extra gratiam in facta ſunt peccata, mendacia, uanitates.

405 Aliud eſt operari ſecundum hoiem, aliud ſecundum Deũ.

Habes candide lector, Concluſiones cccc v. quas lege,
& me dilige, atq; fœliciter uiue.

REVERENDIS

PATRIBVS, DD. HENNINGO GO
de præpoſito, & Laurentio Schlamau Decano Ec
cleſiæ collegiatæ & exemptæ Omnium ſancto
rum Vuittenbergeñ. Iuriumq; doctoribus
& profeſſoribus celeberrimis, patroniſq; colendiſs, Andreas Caroloſta-
dius. S.

ADuersus Monomachiam. Reuerendi patres & domini, quã. D. Ioannes Eckius, Theologiæ professor doctiss. pro sua authoritate, defensionem inscripsit, & multo elegantius, ut spero, q̃ fœlicius contra ueritatem, meo sub nomine instruxit, responsurus non statui Aristotelis argumenta conquire, nec si possim, quod nec dũ me, doleo, attigisse, ex flumine Tulliano, eloquentiæ ducere riuulũ. Qui nec uestras hac in re aures, florida declamatione mulcere queam. At mihi conflictu in nostro, sic loqui, ut intelligar, sufficere ratussum, ut de scripturis disputans, scripturarum imitans simplicitatem, orationem habeam, quæ rem mei similibus explicet, sensum edisserat, obscuriora manifestet. Quæ nimirũ is etiam sermo poterit assequi, qui uerborum compositione nõ frondescit, nec uafris abundat ambagibus, quatinus ueritas nec unq̃ uerborũ lenocinijs & fucis eguerit, aut morbidi instar sermonis medicamenta exquisiuerit. Porro in meis conclusionibus, quas non paucis, D. Eckius orbitatibus cõfecit, nihil de meo dixi, neq; meam attuli sententiam, sed eam repeto, quam Spiritussanctus per legem, Prophetas, Agiographos, Euangelistas, Apostolos, Ecclesiasticos patres edidit, quæ autem aduersus eã sub nominis mei titulo noster diuersarius meditatur, suo pute moritura boni omnes iudicij decernent. Vestrum esto officium Pyllos agere, quo hoc in certamine, ueritas eluceseat, deprecari q; ut elangueat fastus, absit liuor. Has pestes, illaq; non meæ est facultatis uitare supercilia qui lacinioſis peccatorum sinibus defluo, & tenebrarum implicor nebulis, humi repam, nõ ab ouo auspicaturus, ne cum supra principium altius negotium cepe perim, ipso exordio depeream. Scio quid distent æra lupinis, ui uite fœliciter, & hæc uestris tutamini curis. Data celeriter Vuittenberge die quo est oblata. D. Eckij machina, xxvij. Augusti. Anno M. D. XVIII.

Eximio domino Eckio Carolostadius S.

Non mihi, doctiss. D. Eckij licet in hoc gymnasio, in quod me obiurgatiunculis atq; aculeis, diligenter tractare uideris, honorem meum adeo defendere, aut maledicta tua, quibus tumes tam acriter refellere, ut me partes meas potius, q̃ ueritatis tutari, quiuis decernere queat. Cum profecto, nec te, secius sim aggressus, q̃ diuinæ reluctantem ueritati uelitem. Idcirco quo ad fieri potest, hæc facta, quæ aliter non constant, tuis histricosis propositionibus, ita dei ope impingere statui, ut simul intelligeres, mihi decem iniurias pro una modo si quẽ ingessi, te intulisse, & testimonia scripturarũ incongrua, tuis sententijs coaptasse. Deinde cum ambo lassati, arbitros electuri, pilam petierimus, ipsa sentẽtia secundũ Canonicam scripturã prolata, nos pacabit. Ne putes magnificienda scandala (ut ais) quibus ueritas, malitiam omnẽ uincit: bellũ sit propter pacẽ, neq; sinamus falsam adimere pacem, quæ iusto patrũ bello conseruata sunt, ueritatem non odia sectemur. Vale fœliciter & quẽ tibi aduersariũ facis, p̃ iaculis, dilige. Data Vuittenberge. xxvij. Augusti. Anno. D. XVIII.

Eckij adnotatio seu potius inuectiua prima.

Cũ regnum cœlorũ in uerbis Christi, p̃sentem uideat̃ signifi care Ecclesiã, ac tempus plenitudinis euangelicę tũc aduentantis non uidet̃ quomodo pœnitentia oim fidelium uitã exprimat.

Apologetica Conclusio Carolostadij.

Prima Eckij cõclusio in fundamento est. Ecclesiã militantem cui tẽpus plenitudinis aduenit, cũ sit congregatio oim fidelium inter quos non pauci sunt iusti, non uidet pœnitentia indigere.

Cõmotus Eckius ita defendit seu potius offendit.

I Miror unde D. Bodenstein uenerit in mentem, ut dicat, primã conclusionem Eckij uelle in fundamento, Ecclesiã militantem non indigere pœnitentia, cũ hoc nullibi in adnotatione mea reperiat̃. Itaq; cũ fundamentum sit ruino sum, ideo cætera super ædificata ruant, necesse est.

Cognosco. D. Eckij tuum, de mea stultitia iudicium, miraris nempe unde præscriptus mihi sensus, tuæ inuectiuæ subrepserit non exalbeo hac tua censura, qui rebus dictantibus inscitiam fateri meã cogor. At non sum tã obtusi cordis, ut uerborũ sonum tuorũ tantum, non etiã quid uelis, & quã sententiam effundas intelligam. Cur non de teipso miraris: cum non potueris nõ sentire idem, quod mihi decretũ est, nec inficias iuerim, hoc q̃d in mentem ueniſſe miraris, non perspici oculis aut legi, reperiri tñ ex scribentis intentione admodũ contendo. Tu in fundamento iacis hanc. Non uidet̃ q; pœnitentia omnem fideliũ uitam expri mat. Ego dixi Ecclesiã. D. Eckio referente non egere pœniten-

tia,negando eteni,omnem fideliũ uitam fore pœnitentiã, hanc ſilenter infers,ergo aliquã uitam fideliũ eſſe pœnitentiã, & rurſus p leges altercantiũ,uolebam dicere ſubalternaꝝ, in materia cõtingenter accidentiũ(cuius exemplũ iam ad manus eſt,ſi ſcholaſticis complaudere fas eſt)eius oppoſita ſcilicet hæc,aliqua uita fideliũ non eſt pœnitentia,etiam uerificatur, coniunge proinde ambas,dabis nec eccleſiã aliquam, quæ eſt fideliũ congregatio pœnitentia nõ indigere: dabis profecto: ergo fundamentũ concluſionis tuæ: At ego contradictoriã contra illud ruinoſum, nõ meum,ſed tuũ fundamentum,reflaui,uidelicet, omnem uitã fideliũ,pœnitentiam eſſe,hanc uelut ueritatẽ, ex innumeris Eccleſiaſticorum libris doctoꝝ hauſeram,nec ei contradicere cuiq̃ cõceſſum cerno.Inſuper cuilibet Chriſtiano profeſſori acceptandã eſſe omnes perſonant Eccleſiaſtici, quanq̃ repugnent ſcholaſtici. Admiſſurũ te nequaq̃ ambigo multas particulares dei Eccleſias uniuerſalem unã & ſanctam,ueluti ſanctũ,ac pium corpus conſtituere, deq̃ particularibus ſaltem, in quibus ſoli iuſti, non etiã impĩj inueniri poſſint,non negares fundamentũ quod excerpſi,quoniã iuſti pœnitentia non indigent. At cõfiteor & ſanctiſſimos huius uitæ,pœnitentia indigos, hoc eſt meum fundamentũ,quia ueritas,omni canonica ſcriptura,quæ nec fallit,nec fallĩt conteſtata, fundamentum aũt tuum',uel ſi uis meũ ex tua concluſione concinnatũ,tecum cõſentio, ruinoſum & falſum, ac ſingula in eo ſuper ædificata,atq̃ quæq̃ ex eo germinantia genuino morbo laborare, & re ipſa ueritate docente ruinã facere, hoc modo,illã quæ profecto ab ouo cæpit exordiũ, concluſionẽ refellendam putaui,non modo modeſtiã, quam exigis,non obſeruas,excedere propoſuerim.Sed ob id q̃ nihil de ſcripturaꝝ authoritate admoliris, uerũtamen quæ noſtris e uerticibus, hominũ ſcilicet pectoribus ſubnata ſunt, huc atq̃ illuc uerſas, inie-ctas.Nunq̃ Eckĩj arbitratus ſum,te omnem pœnitentiã,ab uniuerſali Eccleſia abſtuliſſe. At id expertis cognoſco documentis tuis te omnem fideliũ uitam, pœnitentiã eſſe inficiari,id ego refuto. Tu aũt de una pœnitentiaꝝ ſpecie tuam ſententiã aſtruis, quemadmodũ ex concluſione ſequenti legimus, quæ ſequitur.

II Vnde cũ S. matre Eccleſia pœnitentiam, ſacramentũ eſſe.aſſero & cõfiteor,ac ſecundam poſt naufragiũ fabulam Similiter pœnitentia animas fideliũ emundari ac purifica-

ri,cũ eadem & ſanctis patribus humiliter confiteor, neq̃ aliquis hoim,qui ſpirat aliter me ſenſiſſe audiuit.

Hæc eſt prioris probatoria ſeu declaratoria,dicis me in adnotatione nullibi reperire Eccleſiam militantem pœnitentia nõ indigere,hoc iamiã per hanc & probas & declaras. Quoniã ais,cũ matre Eccleſia pœnitentiã aſſero ſacramentũ. Si hæc tua fuit ſententia,incaute aduerſatus es propoſitioni ſequenti.

Omnis fideliũ uita eſt pœnitentia. Non eni intelligitur. de ſacramentali. Ego aũt hominem Chryſippeo acumine prędicatũ ad rem repugnaſſe rebar. At cum accipio te ad rem non uenire,ppoſitã,patienter maledictum tuũ tolero, nec remaledico.

Qua conſequentia,quo deniq̃ ordine hanc inferes, pœnitentia non exprimit omnem fideliũ uitam, ex hac,non omnis fideliũ uita, ſacramentali exprimitur pœnitentia. Sequiturue mi doctor,frater chariſſime, ad deſtructionem partis, totius interitus, porro ut philoſophice & dialectice tecũ fabuler, eſt ne argumentũ a parte ſubiectiua, ad totũ eius inferendo negatiue ualidum: uelut dicerem, non habet febres, ergo non habet infirmitatem uel morbum, ita hoc propoſito noſtro iũgendo, ualet ne illud: Pœnitentia ſacramentalis non exprimit omnem fidelium uitã ergo nulla eſt quæ omnem fideliũ uitam obtinet exprimitiue, quid miraris me uidere quid ſentias, cum illas ſophiſticas nenias olim penetrauerim, & obĩjcere tibi ualeam, te facere conſequentis fallaciã, ab inferiore ad ſuperius deſtructiue arguendo, Sed abeant illa portentoſa hominũ figmenta,non eis hac in palæſtra fauemus, alia eſt noſtra diſputatoria: Ad rem ipſam tecũ congreſſurus, id te efflagito, ne tuo arbitrio de ſcripturis a S Spdatis,uel cogites uel loquaris.

Aſſero & cõfiteor ipſe ſacramentalẽ pœnitentiam cũ Eccleſia ſed eam non tantũ, immo & alias, cũ eadem ſanctiſq̃ patribus aſtruo. Extat Auguſtini uolumen de pœniten. medicina. Item et alius de utilitate agende pœni. & non pauci eiuſdem tractatus, quorũ uno,uel pluribus Gratianus ſuo more, non ſatis fœcunde,ſed ieiune ac frigide nimis nitiĩ, qui fortaſſe apud te magnã, penes me aũt non exuperantẽ habet authoritatẽ. Is tamen librũ Aug. quo trifariũ adfirmat pœnitentiæ genus,citat, citando aũt firmiorem quantũm ad te uideo attinere,non me,effecit. Manifeſte mi.D.Ecki.B. Aug. pœnitentiã quæ omnem fideliũ uitam

exprimat, astruit, uerba eius sunt. Altera uero pœnitentia est, cuius actio per totam istam uitã, qua in carne mortali degimus, ꝑ petua supplicationis humilitate subeunda est, rationes illic uide & diligenter pende esse pœnitentiam, cuius actio ꝑ totam uitã subeunda est, non leuiter, sed cum humilitate, sed & cũ oratione. Vides ne aperte Aug. adseruisse, totã seu omnem fidelium uitã esse pœnitentiã, uel ut tu elegantius & obscurius dicis, pœnitentiã exprimere omnem fidelĩ uitam quia oĩm fidelium hic uiuentiũ, de oĩbus enim in mortali corpore degentibus loquit, modo secundũ Ambro. ubi scriptura non distinguit, nec nos distinguere debemus. Idcirco omnis fidelĩ uita pœnitentię uacat Sed quid his probamentis crepo, cũ locus ex Aug. citatus grammatico lectori faciat satis, uidelicet oĩm fidelium, omnẽq; uitã esse pœnitentiã. Sed qualem aduerte, talem, quæ ꝑpetua supplicationis humilitate subitur, debet esse perpetua, ergo omnis, ergo tota, perpetuũ quippe non est, quod non est totũ, quod non est omne, secundũ tuum Arist. Si enim uita fidelĩ non esset tota, uel non omnis pœnitentia non esse ꝑpetua. Quid aũt est homini, uel molestius uel difficilius perpetuo pœnitere cũ humilitate, ut sibi uilescat homo, cũ oratione seu supplicatione, ut clauso ostio, cubiculũ ingrediatur, & toto mentis affectu cor suũ corã deo effundat, hæc sunt difficillima, & tamen omnem fidelĩ uitã occupant, instruunt, agunt. Hæccine sacramentalis est pœnitentia? Si sacramentalis, quid scholastici, patroni tui, aiũt minuta peccata, absq; sacerdotis absolutione remitti. Item si sacramentalem uocitabis? nonne sensibilia illa sacramenti signa, itemtidẽ demonstrabis æterna, qbus scripturaꝝ documentis? In hac pœnitentiæ actione uniuersa sanctorũ subsellia cõclamant. Dimitte nobis debita nostra. Audi eiulantem Dauidẽ, heu mihi, quoniã peregrinatio mea longinqua facta est, cõmiserere mœrentis Iob Nunquid inquientis, non tentatio est ipsa uita hominis? sapientemq; illum. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Nũ quid hæc salubris pœnitentia ab Ecclesia & iustis fidelibus auferri debet, ut tua inuectiua subsistat. Nunquid Paulus in corpore Ecclesiæ constitutus non ingemuit, redemptionem sui corporis desyderanter expectans, adsentite idcirco mihi, immo non mihi, sed scripturis, quibus ecclesiæ authoritas pendet, & adfirma hanc pœnitentiam non sacramentalem per totam esse uitam omnium fidelium potissimum iustorum.

De sacramentali illa, quæ claues habet, de tertia, inquam, pœnitentiæ actione, quæ pro illis subeunda est peccatis, quæ decalogus continet, qua proprie in ecclesia uocant pœnitentes, ex authoritate scripturæ atq; sanctorum patrum Ecclesiasticorum illã astruo pariter perpetuam esse. Non dico signum illud (ut puto uerba sacerdotis dicentis. Absoluo te a peccatis tuis, iuxta uerbum saluatoris. Quodcunq; solueris super terram erit solutum in cœlis) semper manere & intonare, ꝙ hac uoce fungatur sacerdos. Sed pœnitentia illa interior, quæ hoc signo uel uerbotũ sono promittitur, sed & fit Spiritu sancto interno in animo operante, debet esse perpetua iuxta uerbum saluatoris. Qui non baiulat crucem suam & sequitur me non potest meus esse discipulus, uel ut Matthæus dicit, non est me dignus. Item Ioan. Qui mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum illic sit, & minister meus. Indistincte illi textus loquunt, de omnibus operibus quibus deo adhærere, quibus eius præcepta implere conamur. Sed quid docent? legas intentius compertum erit tibi, quod omni opere quo deo seruire, quoue adhærere ei uolumus, sequi Christum debemus. Si sequi debemus? quemadmodum stare? quomodo cessare? quomodo interrumpere continuos & sequentes gressus licebit? Dabis igitur illam pœnitentiam continuam. Qua utiq; ad deum conuertimur. Qua deo placemus. At nobis displicemus. Qua deum iustum clamamus, sed nos impios, iniustos, immo nostram ipsam confusionem, cum Daniele & Baruch confitentes illa inquam pœnitentia, qua cohæremus, nobis discrepantes, discohærentesq; nobis, quandoquidem odio nostram animã habentes, continua serie uitã totam & omnes exprimere debemus, quod clarius illa sublimis Aquila docuit. Vbi ego sum (hoc est Christus) ibi & minister, ubi ergo pœnitentiæ famulus? ubi minister est subditus? Nisi, ubi existit Christus? Sed fortasse cõmentareris hæc de pœnitentia, non esse scripta, uenerare ideo hanc scripturã. Peccatum contra me est semper. Si semper? quomodo aliquam uitam sine illa ultrice pœnitentia pones? an ignoras, quod deus mundans, non facit innocentem, quod per multas tribulationes in cœlum ingredimur. An Esaias te fugit, ꝑ quem deus asseruit, tu memor esto, & ego memor non ero, quod si obliuiscaris admissorum ego memor ero. An ignorare audes recte pœnitere (inter cætera) esse omnia præcepta dei implere.

Ezechiele monente, dicẽteq̃, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiã, uita uiuet, oĩm iniquitatũ eius non recordabor, O quantũ solatij detonari legimus, cũ peccatoꝝ non se recordaturũ pollicetur deus. Si impius pœnitentiam egerit, qua legermi, D. Eckius quomodo præscribitur peragẽda pœnitẽtia eloquatur eruditus Ezechiel, Et custodierit, ait, oĩa præcepta &c. quãdiu diffoluenti Euãgeliſtæ adſentiamur oportet, Qui perſeuerat in finẽ, hic ſaluus erit, custodienda ſunt mandata, ſi ad uitam pœnitens uult ingredi, perſeuerareq̃ mandatorum custodia debet, non interturbari, at continuo ordine peragi, Quinetiam ad finem uitæ, Ideoq̃ omnis fidelium uita, uel omnium fidelium uita, eſt pœnitentia, Non obſtat ꝙ deus reducit ab inferis, ꝙ erigit pauperẽ, ꝙ miſeretur poſt iram, hæc eñ teſtimonia, quæ non diſcrepant inter ſe, neq̃ præ dictis, non ſunt ad glutinanda, Cui aũt inſidet affectus, pulcherrimã illam materiã ſciendi paucis præſtoletur, collegimus quippe eam, breui deo uolente edituri, dabit aũt corã Eckius, uel literis, hanc pœnitentiã tranſeunte uiſibili ſigno, pariter perpetuam quod ſi adhuc caput quaſſat, & ut cepit perſtat, illi iure optimo alium dicabimus libellum, Vos qui lectionis & eruditionis, uel ieiuni, uel auidi eſtis, perlegite Aug. in uolumine citato, & de uti li. agen. pœni: de fide ad pœ. c. iij. & xxxi. Ambro. in Apologia Dauid, Chryſo. pſal. l. Aug. in pſal. pœnitentiæ, & Cypria. Hæc de ſecunda tua inuectiua. At muſſitat forte & alius error, de tabula naufragij ſecũda, quem cum ipſe uel detrieris, uel alto ſub pectore condas demoliri nolim, ad alia progrediẽs. Reliqua eiuſdem inuectiuæ & poſtrema pars ita obſtrepit.

Similiter pœnitentia animas fidelium emundari, ac purificari. Cum eadem & ſanctis patribus humiliter cõfiteor, neq̃ aliquis hominum qui ſpirat, aliter me ſenſiſſe audiuit. Verum aſſeris, ſi uere intelligis, ſi non operibus confidis, ſi fidem Chriſti inhabitantis ita habueris, ut credas tibi ſolum a deo ſubueniri. Si aſſeris pœnitentiam per ſpiritum ſanctum diffundi in cordibus tuncq̃ ea fideles emundari & purificari. Exiſtimo aũt hoc nõ ſolum procedere, de ſacramentali pœnitentia, ſed de omni pœnitentia, quam ex ſcripturis colligimus, & contra concluſionem tuam dico, fideles & mundos, pœnitentia mundari & purgari quod ſi adnuis, tua cõcluſio ruit, qua omnem fideliũ uitam pœnitentiam eſſe negaſti cũ ſcriptura eloquere, & ſeditio ceſſabit. Hæc aũt fortaſſe adiectas & ſimilia, ut ſimplices & ruſticanæ literaturæ in tuũ (aduerſus me uelut tibi iniuriantẽ) molimen moueas, trahas, non te tam illiteratum reputaui, & ea te latere quæ indoctiores paſſim circumferunt.

D. Eckij .III.

Ita enim impartitur a deo largitas miſericordiæ, ait A. Auguſti, ut non relinquatur iuſtitiæ diſciplina cum alijs ſanctorum dictis, quæ in decretis Canonicis leguntur.

Hæc eſt ex Auguſtino & ſanctis alijs quorũ dicta in decretis Canonicis leguntur, tuæ comprobatio concluſionis.

Primo mihi ediſſere, q̃ ſint illa Canonica decreta, ſi Ro. Pontificum: profer, allega. Si Gratiani: canonica cur aſtruis: cum is nullam habuerit maiorem authoritatem canonizandi dicta ſanctorum, quæ coegit, q̃ tu, & quemadmodũ nec ſentiã te Canonicas ſcripturas facere poſſe, ita ſimiliter nec Gratianum. Hic auſim dicere te Scoti tui oblitũ, qui bonis rationibus motus dicit ſibi non eſſe manifeſtũ, ꝙ capitula per Gratianũ collecta, omnes obſtringat. Secundũ Hiero. & Auguſtinũ, nec aliquas niſi Sancti ſcripturas canonicas uocabo: Secundũ iuriſperitos, Gratianus nunq̃ habuit authoritatẽ quælibet canonizandi dicta. Vide Specula. Ioan. And. Panor. Fel. Paul. de Caſ. & reliquos, ne plus æquo Gratia, tribuas. & Eccleſiaſticos noſtros lupatis arceas.

Secundo. Allegatis noſtris, quæ ſciunt oẽs Auguſtini lectores uera eſſe, qq̃ inſpiciũt, adtexis contraria. At cũ contraria Ambr. dicente ſeſe deſtruant, pro me pugnarem. Cũ genu ſura ſit propius, ſed eant hæc q̃ omnes φίλαυτοι ferme ſumus qbus eſt anima lis & affectio. Mea allegatio, Canonicæ ſcripturæ uelut tunica pallio ꝓpior eſt. Scio ſententiã meã teſtimonijs dei ut uidiſti ueſtitã, de tua dubius. Modo dictũ eiuſdem doctoris authoritate canonica ſubnitens, contrariũ q̃d inerme extat, demolit, extiguit,

Tertio. Vereor re apochryphũ Auguſti, dictũ, aduer- (pimit. ſus manifeſtũ & certum aſſumpſiſſe, & q̃d fieri adſolet, retracta tum pro non reuocato attraxiſſe, mare cœlo miſcuiſſe.

Quarto inter dicta patrũ ſanctorum atq̃ ſcripturã (quam eccleſiaſtici appellitant canonicã) δὶς διὰ πάσων fateor diſtare, quod patres nullatenus ſupremam aſſequi octauam inſtituerint. Refli

ctę ad allegata mea in concluſione. xij. De ordine uero Canonicæ ſcripturæ ſecundum Eccleſiaſticos in explicationibus cõcluſionũ primarum, ſcilicet noſtrarę primitiarum copiã coegimus Si tibi placet in eodem tecũ colloquemur libello. Accipe modo in manum quod Auguſtinus lib. ij. c. xxxi. contra Creſtonium gramma. ediſſeruit, uidelicet.

De ſcripturis ſacris quos Eccleſiæ Canon complectitur, oĩno non licet iudicare, ſed ſecundum eas de cæteris literis & fidelium & infidelũ iudicamus. Hæc fige pectori, hæc meã promouent ancoram, ita te amo, ut nolim te longa librorũ reuolatione frangi. Tu fac ſimile, allega. adfirma.

Quinto quæ citas generatim oſtende ut dinoſcã. Si fidelem uel torpentem, uel doloſum ex cauda capitis de toto materiæ cõ textu diuinantem agas doctorem, demonſtra locum, ut dum mutilem habuerimus, ſi nihil pro mea ſententia inuenire ualeam, de fontibus Auguſt. mutuer, ita ſecundũ Hiero. a latinis ad græca ab his ad hebraica currimus exemplaria, conſentiente Auguſt. ſcaturigines & riuulorę origines perquirentes.

Sexto. Amoues idem & admoues impoſſibilia complicas, dicendo enĩ quod dei largitas ita impartiatur, ut non relinquaĕ iuſtitiæ diſciplina, concedis miſericordiam & eã negas ſeu adimis Si non remanet diſciplina iuſtitiæ, non manet miſericordia. Nã ſicuti ſani non indigent medico, ſed infirmi, ita nec iuſti uocantur, ſed iniuſti, propterea legimus. Qui trahit te in miſericordia & miſeratione. Venit peccatores ſaluos facere. Item nõ ueni uocare iuſtos, ideoq; puto ſemper permanſuram diſciplinã iuſtitię propterquam & iuſte punit, & miſericordia ueniam largiĕ, alioqui homo miſericordia non indigeret. Nec uideo quid tuæ concluſioni cõmodi ex hoc adijciatur, in ſumma exordiens, nolebas te ſacramentalem eccleſiæ ademiſſe pœnitentiam, ſubinde hanc aſtruxiſti q; cum Matre eccleſia ſacramentalem concedas, poſtremo ad id lapſus, ut diceres nullam iuſtitiæ diſciplinam relinqui. Si intendis per ſacramentalem nullam relinqui iuſtitiæ diſciplinã. Cur amplius lauari uult qui, inquit. Quoniam peccatum meũ cognoſco, accipio quo cœno te inuoluas illud nõ his, ſed ſequentibus eluemus, puras fortaſſe quod ego olim Scholaſticus Theologus & didici & docui, per pœnitentiam ita omnem eluuiem detergi, ut nec aliqua remaneat macula, immo q; pœnitens prorſus ſanus & imundus conſtituaĕ, eadem te me tuo ſudare opinatione, qua qui lotus eſt, nec indigere uult, ut pedes abluas, & ita arbitraris non remanere iuſtitiæ diſciplinam, hic error eſt peſſimus & hypocriſeos crimine ſqualidiſſimus.

Eſto dixerit Aug. contrariũ, in dictis attamen multis retractauit, & quidẽ armacius. Vtiĕ authoritatibus Salomonis. Cũ enim iuſtus rex ſederit in iudicio, quis iuſtũ ſe gloriabiĕ habere cor, & Hieremie, qd uultis mecũ iudicio contendere. Dauidis ſimiliter, miſericordia & iudiciũ tibi cantabo, identidẽ. Non intres iudiciũ cum ſeruo tuo, quia iuſtificabiĕ in conſpectu tuo omnis uiuens, penes quẽ nullus uiuens, quantũcunq; iuſtus iuſtitiæ diſciplinã effugiet, niſi tu ualeas ſolus: Item illo utiĕ, Miſericordia ſup exaltat iudicio. In epla ad Hiero. de ſen. Iacobi de Spir. & Lit. c. ſi & alijs. Sic fortior & armacior tollit ſpolia infirmioris & inermioris, ita idẽ doctor authoritate enitens, ſub ſibi parta ſpolia inermia, cõtraria ſententia armata, excludit, aufert, reiectat. Vides igiĕ hanc ſententiam receptiorem, & Auguſtinũ ſcribendo doctiorem factũ, Hiero. hac autho. utiĕ. Dixi confitebor aduerſum me iniquitatem meã, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei, p hac orabit ad te omnis ſanctus &c̃. pro iniqtatis remiſſione hac oĩs ſanctus orabit, ſecundum te aũt nullus ſanctus orabit, hoc eſt quod uolui in concluſione mea. cxxxi. Beatus eſt qui allidit paruulos ſuos ad petrã, hanc tu quodam incendio præpeditus non libaſti, idcirco remanet diſciplina iuſtitiæ cũ iuſtus non crimino ſus, ſit primordio ſermonis accuſator ſui, ad Aug. allegatum reſpondebimus. D. Eckij. IIII.

Pœnitentiã quoq; fateor rite contritione, confeſſione, & ſatiſfactione adhibita preſbyteri abſolutione pfici ut Chryſo. & alij patres collegerunt, hanc meam fuiſſe ſententiam de pœnitentia, inuoco teſtes, principes & comites & totũ concionum mearum auditorium.

Si hęc tua fuit ſententia, ut hanc tantũmõ ſcires pœnitentiã ſacramentalẽ, non attegiſti illã quã lacerã facere uoluiſti, uidelicet.

Omnis fidelium uita eſt pœnitentia, non fuit in eo de applicatione ſenſibilis ſigni dictũ, q; illa applicatio oĩs ſit uita, uerũ tamen contritionem & confeſſionem quemadmodũ ſcriptura loquiĕ, totam & omnẽ fidelium uitam exigere demonſtratũ eſt. Contritionem admitto quã deus operaĕ per authoritates quas in concluſione. cxlv. alijs, quas cum repetas, hic ſuperflue tracta

remus,Christus respexit Petrum & flere cœpit amare. Confessionē cordis,quæ prima est,sine qua exterior,nullius momēti existit,eam concedo,quam deus operatur per illud,Confessio & magnificentia opus eius,scilicet dei,nō hominis,non est uolentis,neq; currentis,sed dei miserantis,ideoq; cōfessio opus dei Nempe si opus esset hois,opus esset, mendax sicut author eius homo de quo scribit. Ego dixi in excessu meo ois homo mendax.Mendaciū de proprio loquimur, bona confessio peccatoꝝ, dei est opus. Altius illud astruam,ne si,tua uestigia insequens,nota p̄dicente fastidiā. Saluator peccatorū inquit. Qui facit ueritatē uenit ad lucem,ut manifestent opera eius,quia in deo facta sunt in deo facta sunt ait, opera, quæ quibus intelligit iustificationē suam,non ad sua merita,sed dei gratiā pertinere. Aug.de pecca. me.li.i.c.xxxiij. Sed dicis de cōfessione disceptamus,audi eundem Aug.in Ioan.tracta.xij. Qui confitetur peccata sua & accusat,iam cum deo facit ueritatem accusat in se mala sua.Si eni dixerimus q̄ peccatū non habemus,ueritas non est in nobis.idcir co qui facit ueritatem,confitet peccata, q̄ humilitatem pertinet. qui ergo ueritatē facit uenit ad lucem.Sed quare uenit? quia opera eius facta sunt in deo. Deus est qui operatur in nobis uelle & operari pro bona uoluntate, igit confessio uerax, dei opus est. Certe nisi intraria illa cordis confessio inspirata,externam p̄ce dat,uacua & inanis exterior erit. Cū uenerit SSanctus, ait,ille testimonium perhibebit, & uos perhibebitis.

Adijcis adhibita sacerdotis absolutione, quid illa. Sacramentalis presbyteri absolutio operet, iucundum esset, quinimo necessariū referre, cum aūt id,hæc disputatiuncula nostra strictior uel breuior,non capiat,ad libellum nostrum de pœniten. reseruamus, illic dei inspiramine nonnihil quod oblectare animum legentis queat secundum Canonicas literas & Ecclesiasticos patres dicturi. Timeo quo dā tanti sensibilia illa signa,quanti Christum,sed & quanti deum facere. Videant Aug.in tracta. Ioan.x. c.de doc. Christi,lib.i.c.xviij.de fide ad Petrum c.iij.

Satisfactionem omnem deficere scio,cū habeat quod remitti possit peccatum, quia omnis qui bene facit peccat. Nec condigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, si non condigne ergo non sufficientes, ideoq; & non satisfactiones dicende,de his tamen alicubi plenius.

Quod aūt testes principes comitesq; producis, id te gloriolæ aucupendæ causa feciſſe quis non queat causari? At ego maledicta compensare maledictis nolo, illud molior, ut te in campum ecclesiasticorum transferam.

D.Eckij. V.

Ab initio tamen adnotationū mearꝝ bene nego pœnitentiā exprimere totam uitā fidelium, quod ergo omnem uitā fideliū pœnitentiam esse negaui. D. Bodenstein perperam mihi imposuit,me pœnitentiam Ecclesiæ negasse.

Nolo conijcere de tuis picturis si discriminas inter omnem & totam uitā,tricas non insequor. Omnē uero & totam fideliū pœnitudinem esse astruxi,adijce. Nā tota & omnis fideliū uita est corruptibilis,impeditiua boni,spiritui reluctans corruptionē seminans,oim illorum iustos pœnitet. Nullus profecto incorruptibilem uitā & immortalem desyderat, nisi eū corruptibilis & mortalis pœniteat uitæ, ideoq; sicut tota uita, & omnes fideliū uita est mortalis,ita operæpretiū est pœnitentiam totā omnem q̄ fideliū uitam exprimere. Aug.de pe.me.c.ij. Hanc & aliam propter crimina pœnitentiā iugiter agendā. D. Eckius negauit, uel asserat & confiteat. D.Eckius,omnes fideles Christi,quantū cunq; sanctos indigere pœnitentia, aliqua uera, & si non sacramentali. Tūc nos concordes parua pagella capit. At si prosequit inuectiuam suā, qua indiscriminatim affirmauit se non uidere, quomodo tota uel omnis fideliū uita sit pœnitudo, non ego p perperam ei quicq̄ uitij imposui. Sed iuste eū ecclesia erroris insimulabit, & scriptura redarguet, eritq; ut discordes uix ampla domus sociare ualebit,ego pro ueritate luctor,connitor.

D. Eckij. VI.

Per omnem enim uitam, pœnitentia,nec actualis,nec uirtualis, nec uirtus, nec sacramentum, nec satisfactio ex præcepto agitur necessario.

Hic.D.Eckius Scotinum etonat classicum, patrocinio suo interstrepitat, cumulat, grauat. Scio patronum tuū Scotum de actibus utpote pœnitentia, intentione &c̄. tripliciter distinxisse intentionē aliquam uidelicet actualē, aliquam uirtualē, aliquam habitualē,seruando odinem perfectioꝝ actuum,& ita de pœnitentia &c̄. distinguens,ut scias me inter sua documenta aliquot

annos detritũ,illud adĩcio,tibi demonſtrans.Sco.iiij.d.vi.q.vi & iiij.d.xiiij.q.i.ar.iij.ubi de pœ.& ij.d.xli.& ij.d.xxxvi.& iij. d.xv. &.i.d.i. q.ij.ar.iiij. &.i.d.iij.q.vij.& iij.q.prolo.& q. q. xviij.ar.iij.& vi. meta. Hæc conflaui ut intelligas & me illa tentaſſe,meliora aũt his (hoc eſt Scholaſticis)& inueniſſe,& tenere hoc eſt Eccleſiaſticos, qui ueꝛ & ſanctaꝛ literaꝛ ſuccũ imbuit.

Iã & iſtã concluſionẽ dico,me non uelle eã intelligere quoniã theologicã tutor ueritatẽ. Nec alias accipio uoculas, q̃ eas, quas ſcriptura depromit. Si a deo miſſus es ſi deũ amas uerba dei effare.Si ex Ariſtotele es, aut figmentis hoĩm, illoꝛ uerba perſona.

Ad fundamentum huius concluſionis, nimirum ruinoſum. reſpondeo,pœnitentiam actualem per omnem fidelium uitam præceptam.hoc ſatis ex præmiſſis liquet.

D. Eckij. VII.

Conſectarium eſt,D. Caroloſtadium fruſtra tot collectas impoſuiſſe & papyrum inutiliter occupaſſe per.xxv. concluſiones in collectis eccleſiæ laborando.

Quid hic.D.Eckius aliud agit,niſi ut mihi omnes,boni lectores & arbitri & illudatis,ut me rideatis,ut explodatis, obrepit equidem hoc Hieronymo ſenſu. Tractant fabrilia fabri,Magnos magna decent,me uelut parua & uilia tractantem,aſpernantur, exiſtimat quippe, ni cæcus ſim, me his armis,telis & iaculis ſuo congreſſu indignum. Qui non abs re,quod Golias Dauidi obiecerat,mihi uitio dare queat,atq; dicere. Nũquid ego canis ſum q̃ tu uenis ad me baculoꝛ tanq̃ utiq; ſua concertatione indigno munimento ſeu clypeo. An ſic me magis q̃ collectas rideat, omnes uos qui legitis,iudices conſtituo.

D. Eckius ex ſuo callet Ariſtotele hanc, propter quod unum quodq; tale & illud eſt magis tale. At.D. Eckius iudicat me deridendum propter Eccleſiæ collectas. Ideoq; collectas magis eſſe ridendas iudicat. Sed progrediamur, de equipollentibus idem eſt iudiciũ,uel ſic æquiparatoꝛ, & ad eundem finem tendentiũ eſt idem ius. Collectæ eccleſiæ, dictis ſanctoꝛ patrum,& nedũ illis,ſed Euangelicis, Apoſtolicis Propheticis libris cõſonant, ęq pollẽt in ſnĩa,ſicut riuuſ bonus naturã fontis redolet, repũtatue

Ergo .D.Eckius & eccleſiæ collectas, & ſcripturam canonicã atq;.S.Patrum dicta cachinnatur.Hoc tuã matrem Eccleſiam & decore & ſplendore cohoneſtas? Ita adiuuas ea qbus inter optĩa ſacrificia? Eccleſia cor deo deuouet, ſubiectat? Porro ego hanc iniuriã,tanq̃ Eccleſiæ membꝛ,altis ſuſpritijs ad cor reuoco & niſi retractaueris & emendaueris errores. Immo ſuperbiam tuam eã ſum contumeliam repreſſurus. Qui non erubeſco humiliter in nomine domini tantũ Goliam aggredi, nec calybeo graſſantem thorace,collectis conſternare & profligare erubeſco.

An inutilis labor eſt, quem in opponendis collectis expreſſi? quas nõ ſine oleo & opa ſancti patres,mandato Eccleſiæ elaborarũt,adeo q̃ optima conſonantia, Euangelio,epiſtolas uel prophetias copularint,& illud compendio uerboꝛ perſtrinxerint, quod uis atq; poteſtas,& campus ſacraꝛ literarum cotinet, Apageſis,D. Ecki ſile,muteſce,reuertere,honora Eccleſiæ preces,nõres ſunt collectæ cõtemptibiles, ſed ſalubres,fœcundæ,eruditæ. Non ego meã tanto condignor honore papyrum, ut collectas habeat,tu fac collectas tuis ſchedis indignas. (raſſe uidearis. Ita tamen collectas adduxi,ut ne ullã attigiſſe,at uerius eas ignoIſta concluſio tali refellitur reſponſione, quia nihil literarum ſapit,ſed Eccleſiæ ſalubres & ſanctas orationes uilipendit.

D. Eckij VIII.

Quamuis aũt mirum ſit,q̃modo profundamento. D.Caroloſtadius Eckio imponat, quod nũq̃ cogitauit. Id tamen non minus mirũ eſt,quod a pœnitentia quam agere debemus ex præcepto. D. Ieſu, ſe ipſe tranſferat ad pœnitentiã qua flagella & pœnas a deo inflictas patimur.

In prima iſtius concluſionis parte regrederis ad primam defenſiuam tuam uidelicet, q̃ miraris ea hic quæ in illa. Si hæc eadem patitur telis uulnera facta tuis.

Secunda pars, id tamen non minus &c̃.

D.Eckius quicquid a ſaliua Scotina,quam imbibit uiderit diſcrepare quod lectitat, ſtatim portentoſum, & falſum clamitat, ſcriptitat, proſcribit. Ego.D.Ecki contra Scotiſticũ tuum patrocinium teneo pœnitudinem magis in patibilitate,ac in paſſionibus,quem actionibus conſiſtere,niſi Auguſtinus nugaus ſit,qui omnia quæ præcipiunt nobis ut faciamus, ait, poſtulari illo ueborum compendio. Fiat uoluntas tua. Si eni petimus ut fiat in nobis dei uoluntaſ? quã in ſancta dei lege conſpicuã habemus. Dei præcepta confitemur per noſtram paſſionem, uel lucidius nobis patientibus ac ſuſcipientibus fieri. Aut ſi agendo eliciẽdo

producendoue bonos actus, ut tui similes fantur,præceptũ pœnitentiæ implemus, stulte nimis a patre ut faciamus illud munere precamur, Immo cum nec quicquã boni recipere ualeamus, nisi desup fuerit nobis impartitũ,Deus per Iesum Christũ facit ut uelimus eius p̃ceptis nos non subducere, & cũ uolumus eo operante,operatur ut faciamus, Aug. docente de gratia & li.ar.c. Et Hiero.in Dialo.aduersus Pelag. in proposito ne huius pœnitentiæ superficie delectemur tm̃,etiam altitudinem perscrutemur.

Dixi imo non ego sed Christus, Qui non accipit Crucem suã & sequitur me,non est me dignus,Omnes textus, nullo discrepante sonant.Qui non accipit,nullus dicit textus,Qui non facit crucem suam, aut qui non elicit uel producit crucẽ & sequitur me,sed qui non accipit,Huic Dauid subscribit,qui canit.

Confige clauis a timore tuo carnes meas.hic petit sese timore dei,non suo crucifigi,nõ uult facere clauos uel crucem, sed orat ut oblatis clauis & cruci per timorem domini affigatur,ne excutiat crucem. Insuper Hiero.in Matth.c.x.adnotat in alio Euangelio scribi,Qui non accipit crucem suam cotidie, ne semel putemus ardorem fidei sufficere,semper crux portanda est.

Dicat nobis Christus an passionibus magis q̃ actionibus ipm̃ sequamur. Qui uult inquit uenire post me,abneget semetipsum tollat crucem suam & sequatur me. Si uis uenire post Christum si rite pœnitere,dolere de admissis & facere bonum, secundum quod scriptũ est.Declina a malo & fac bonum,abnega teipsum abnega quicquid est tuum,abnega uoluntatem.Siue iuxta Origenem Omnia opera fac spirare abnegationem sui, & secundũ Bern. Si Christũ desyderas, te despice. Si uis facere uoluntatem Christi dicẽtis, pœnitentiã agite, frange tuã uoluntatẽ & fac uoluntatẽ Christi, non fiat tua,sed dei uoluntas, Relinque idcirco & reijce omnem faciendi facultatem secundum q̃ scriptum est a uoluntatibus tuis auertere,solũ expecta deũ, illud em̃ est p̃fectissimũ ueniendi ad Christũ, studiũ,nos reputare nihil, & scire nihil facere nos posse quod deo gratificetur, nisi illud ipse dederit.

Reijce igitur potentiam actiuam, elicitiuam & productiuam si uis uenire post Christum,si uis pœnitere.abnega propriam uoluntatis facultatem,abnega teipsum,tunc poteris tollere crucem Christi & ipsum sequi,ut dicas pauper & mendicus sum ego & dñs sollicitus est mei.Cum homo habet pauperẽ uolũtatẽ, nihil proprij habentem hoc est non habentẽ actus elicitos propriasue actiones,dum quoq; mendicam uoluntatem gerit,mendicatim suffragia quærentem & omnem curam super dominum iactantem,tunc dominus fit solicitus de homine ipsum enutriens.

Quoniã qui habitat in adiutorio altissimi dicit domino. Susceptor meus es tu,refugiũ meum deus meus sperabo in eũ. Cõtra qui non fixe & iugiter totus in adiutorio dei habitat,hoc est qui ex parte sibi faciendi facultatem tribuit, uel qui sua uolũtate agere,facere uel producere opera dei sancta p̃tendit,is non dicet domino Deo susceptor meus,spes mea, sed partim arbitrio proprio tribuet,ut aũt in deũ speres,confidas,& dicas susceptor meus, oportet te habitare adiutorio dei. Quid erit tibi? dixi deum de mẽdicis esse solicitũ. Quoniam ipse liberat de laqueo uenantiũ,hoc est ab his qui blandicijs,adulationibus, ac malorum persuasionibus laqueũ,bestiæ homini tendunt,hoc est,qui dulciter decipiunt,& ab his quoq; q aspero uerbo inuadũt,eripit. Quod si ita in dei adiutorio speras de tuo uero desperãs.Scuto circũdabit te ueritas eius. Circũdabit te gratia, quæ rite excipit tentationes,quæ recte uincit,fidelis enim deus est,qui non permittit uos tentari supra id q̃d portare potestis,sed facit exitum tentationis.

Nos aũt non possumus tentationes, quæ propter peccata nostra nos circumstant,nos molestant,nos fatigãt, & remissiora bona opera faciunt, per nos uincere. Sed in his omnibus uincimus per eum,hoc est deũ per Iesum Christum, non ergo p̃ nos, Agimur enim potius,q̃ agamus,quoniã qui filij dei sunt,spiritu dei aguntr̃.Suscipimus igitur scutũ dei,ecce bene patimur. Nã tu concedes potentiã receptiuam esse passiuam.Item accipimus potestatem uincendi persecutiones, hoc est ergo,tollat crucem suã & sequat̃ me,non faciat,sed accipiat,p̃eat Christus & sequamur nos.Sed quomodo oportet trahamur. Trahe nos post te & curremus.Nemo enim uenit ad Christum nisi pater eũ traxerit.Si uenire debemus, trahat nos pater. Si crucem nos Christe accipere iubes? Circũda nos tuo scuto ueritatis, circundabit ergo scuto, hoc est cruce circũdabit te ueritas eius, & non timebis a timore nocturno.Fœliciter crucem portas, si Christus suã Crucem imposuerit, dicit scuto circũdabit &c̃. (uide semper passiuã uel susceptiuam,non actiuã uoluntatem)te ueritas,scuto continentiæ patientiæ,prudentiæ & humilitatis,his enim quatuor cornibus figurat̃ crux Christi. Non timebis a timore nocturno .i.a sagitta uoluntate in die.ij. A negotio per ambulante in tenebris.iij. Ab

incursu dæmonio meridiano. iiij. Non timebis a tentationibus peccatorũ. Non timebis, quia superuinces scuto, Cruce Christi.

Timor nocturnus pœnas habet & damnationis, uerꝫ ut ab his non timeamus, datur nobis donũ Crucis, q̃d ingerit nobis peccata q̃ fecimus, propter q̃ cum propheta dicimus. Quoniã ego in flagella paratus sum, & dolor meus in cõspectu meo semp. Quoniã iniquitatem meã annuntiabo & cogitabo p̃ pec cato meo. ꝓpter peccata nostra excogitãtes æterna supplicia, uniuersa q̃ patimur delitias reputamus, exclamantes cũ Daniele. Iustus es Dñe, & iuste induxisti hęc mala sup nos, ꝓpter peccata nr̃a

Hæc Crucis uirtus pusillanimitati repugnat, corpus castigat & in seruitutem redigit, ut cõsuescat afflictiones tolerare caro, & pœnas & flagella procellarum sustinere.

Sinistro cornu Christi Crucis, patientia repræsentat, illa aduertit manifesta maledicta, apertas persecutiones, sagittam scilicet uolantẽ in die, in aperto uulnerantẽ. Hæc uirtus a deo concessa, a deo accepta, non p̃ nostrum li.ar. facta, non frangitur ad uersis malis, nec apertis malorũ suasionibus complacet, reddit aũt pro malis bona inimicũ uincit in bono, esurienti dat cibũ, sitienti potũ, & in capite eius congregat carbones ignis.

Dextro in cornu Crucis manu extendit prudentiæ diuinæ, hæc habet serpentiũ prudentiam, ne fallat, aures obtundit. Hæc uirtus quã & a deo petimus & accipimus per Christũ, aduertit negotia in tenebris ꝑambulantia, uidelicet adulationes, fraudes, uenenũ fraternæ detractionis, semen odij, maloꝝ occultas psuasiones, ne decipiat, ne sub mellis specie ueneno pascat.

Supremum crucis cornu humilitatem habet, hęc sola titulũ meretur & sola est, quæ intitulatur. Qui se humiliat ille exaltabitur & saluabit. Hæc uirtus crucis bona opera conseruat, hæc uigilat & sudat, ne superbia bonis ex operibus caput erigat atq; omnes cæteros labores perimat.

Accipe idcirco Christi Crucem, quã ipse tibi offert, quã ipse dominus pro nobis portauit, accipe, sed nõ frustra, non dormi, non sta, sed sequere Christũ. Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Non in uanũ accipe gratiam dei. Nã qui stat, uideat ne cadat, semp enim sunt tentationũ genera p̃sentia sem p̃ adsit & scutũ quo tentationes cõteras, & sicut tota, & omnis fidelium uita est tentatio, quia ipsa hominis uita super terrã est tentatio. Ita semper portanda est Christi crux. Vide ergo mi D. Ecki Bernardo authore in sermo, eius. ij. de S. Andrea. & in p̃s, Qui habitat &c̃. sermo. v. & vi. q̃ pœnitentia (nõ dico sacramentalis, hoc est applicationis sensibilis signi subicio &c̃.) totam uitam fidelium possidet. Fugit enim a malo & declinat ad bonũ flagella excipit, inimicis benefacit, adulationes circũspicit, & superbiã terit. Hæc postrema superbia omnibus iustis fidelibus insidias molitur, & tam acres, ut non desit momentũ, quo humilitate & pœnitentia non egeant sancti.

Fœlix aũt anima dicit Bern. q̃ in hac Cruce gloriat & triumphat tm̃ ut p̃seueret in ea oret q̃q; ne ab hac Cruce deponat.

Paulus quoq; Apostolus admonuit nos ex beneficio dei habere, quoq; crucẽ Christi accipiamus ne infirmemur aut deficiamus in passionibus proximi. Et quanto magis in nostris? cũ passiones quæ nos inuadũt sint molestiores & difficiliores. Si ergo a deo hanc uirtutẽ non deficiendi accipimus, pœnitentia magis in patiendo quã agendo consistit. Immo actio pœnitentiæ si qua est, ex passione pendet, & in eã tanq̃ fontem regredit. Nã Apostolus ita scripsit huius rei gratia, p̃iecerat, petiui uos ne deficeretis in meis tribulationibus, exegi uoluntatẽ uestram, quoniã liberã habetis, ut aũt fiat q̃d petiui, huius rei gratia flecto genua mea, ad patrem do. nostri Iesu Christi, ut det uobis uirtutẽ corroborari, ne scilicet deficiatis ut det uirtutẽ corroborari per spiritũ eius, scilicet gratiæ (aduerte scutũ ueritatis & crucis) & inhabitare Christũ in interiori hoie per fidem, ut positis comprehendere quæ sit latitudo & longitudo, & sublimitas & profundũ. Sed quando cõprehendis? ipsum audi Apostolum dicentem, mihi absit gloriari, nisi in cruce dei nostri Iesu Christi, & nos in illa gloriemur. In illa inueniemus latitudinẽ, longitudinẽ, sublimitatẽ & p̃fundũ, his eni uerbis Crux nobis añ oculos cõstituta est.

Habet enim latitudinem in qua manus figuntur.
Habet longitudinem, q̃d inde usq; ad terrã ducitur lignũ.
Habet altitudinem ubi caput crucifixi.

Habet & profundũ, hoc est q̃d in terra figit & non uidet. Videte magnũ sacramentũ. Ab illo q̃d non uides, surgit totũ quod uides. Latitudo charitas est, q̃ sola bene opat, hæc facit hilarẽ datorẽ, quẽ deus diligit. Qui seminat in bñdictionibus, de bñdictionibus metet.

Quæ est longitudo? qui perseuerauerit usq; in finem, hic salvus erit, hæc est longitudo crucis, ubi totũ corpus corrigit, ubi quodãmodo statur, quando stando perseuerat. Si uis gloriari in in Latitudine, habeto charitatem, sed gloriare quasi a deo acceperis. Si uis habere crucis Longitudinem, habeto perseuerantiã. Si uis habere crucis Altitudinem seu sublimitatem, habeto cor sursum: quid sursum? ibi spera, ibi ama, inde pete uirtutem, ibi expecta mercedem. Item si hæc omnia, nõ propter æternã facis mercedem, altitudinem nõ habebis, & illa iam nec erit latitudo nec longitudo. Quid enĩ est habere altitudinem? nisi cogitare de um? amare Deũ? & gratis amare ipsum deũ? adiutorem flagitare postremo deũ ipsum premium deputare? non aliud ab ipso q̃ ipsum expectare? Si amas, gratis ama. Si uere amas ipse tibi sit merces. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorũ laudabunt te. Deprofundo procedit omne quod possumus, possum exclamare. Quã magnificata sunt opera tua nimis profunde sunt cogitationes tuæ. Vir imprudens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Stultus nõ intelligit, quia profundũ est. Ideo multi uolentes de isto profundo rationem reddere in fabulas ierunt, notate scholastici. Nolo a me quæras profundi rationem, Homo sum, crucis profundũ aduerto, non penetro, expauesco, non scrutor. Inscrutibilia sunt iudicia eius, & ineuestigabiles uiæ eius. Homo tu quis es q deo respondeas. Noli habere cognitũ quod uoluit deus habere secretũ, Ambro. Dignare & tu occulta Dei nescire. Hæc ex Augustin. de uerb. Apostoli sermo. vij. de gra. no. testa. c. xxv. xxvi. & in alijs non paucis locis. licet Hieron. & Ambro. etiam secius Apostoli authoritatem ad Ephe. interpretentur.

D. Eckius dignetur Aug. diligenter legere, & conclusiones suas crucifigere, aut saltem permittere, ut crucifigantur.

Si altitudinem crucis respicias expirant conclusiones suæ potissimũ illæ, quæ uoluntati actiuitatem elicionem (ut Scotinis loquar terminis, nimium tribuũt, cuius generis sunt conclusiones. ij. q̃ bonitatem exteriori actui, ex deo & ab interiori actu deriuat quasi solus deus non sufficiat. viij. xv. xxiij. xxxij. xxxviij. xl. secundæ adnotationis. Illæ profecto crucifigendæ sunt ut humilienter, ut cor sursum habeant. Transeunt nempe in cordis affectum, quem coram deo effundere deberent.

Si latitudinẽ consyderas, crucifiges eas conclusiones, quas posuisti de pœnitentia, quia sicut omnis uita fideliũ est plena aduersitatibus, ita est plena pœnitentia illius duplicis quam præiecimus, tu aũt eam in prima adnotatione non admisisse uideris.

Item eas conclusiones quas falsissime mihi adscripsisti, quasi negauerim esse orandũ pro inimicis, crucifiges. Latitudo enim porrigit ad dilectionẽ & beneficentiam inimicorũ. suspende ergo & clauis ueritatis atq; amore fraternitatis pfora atq; affige. Sunt aũt in primo ordine uel adnotatione cõclusiones. xiij. xv.

Si profundum inspexeris & amussacius aduerte (xviij. &c. ris, fateberis ex prædestinatione omnia pullulare, de quibus contendimus, & te nimis impudenter affirmasse materiam prædestinationis, opibus esse extraneã atq; impertinentẽ. Nã Apostolus, ait, Ipsius sumus figmentũ creati in bonis operibus, quæ pręparauit deus, ut in illis ambulares præsciuit ait Aug. & prædestinauit bona opera se daturũ electis. Quam ob causam negas prædestinationem operibus esse pertinentem & intrinsecam? Hoc enĩ scilicet quod Deus iustificat, nimis occulte facit, ex hoc enĩ incipiunt bona opera ex quo iustificamur, non quia p̃cesserũt iustificamur. Si enĩ gratia esset ex opibus, iam nõ esset gratia.

Latitudo perseuerantiam habet.

Qui hanc crucem non accipit, quacunq; ei specie offeratur, non est dignus Christo, itaq; non est digna pœnitentia, quæ non habet humilitatem, charitatem, perseuerantiam, nec est homo in terra qui si iustus est, nõ pœniteat, sed nec est qui non semper pœniteat iustus.

Præiecta. D. Eckio & studiosis diuersa quidem cura, sed eadẽ intentione adnotauimus, ut simul studiosi haberent, q̃d lectitarent, & D. Eckius gñalem suarũ conclusionũ uideret cõfutationẽ

D. Eckij IX.

Et uere mirandum est, q̃ hanc uocarit pœnitentiam, & tamen Ecclesia petit hanc auerti a populo dei, q̃ tamen posterius affirmat in bonis per omnem uitam durare,

Et ego cum. D. Echio festiue mirantem nõ ualeo non mirari ingenij acrimoniã habet, nexũ redargutionis obflectit, & clam percutit. Sed sciueram mi D. Ecki anteq̃ periculũ facerem, omni sub lapide Scorpiũ cubitare, ob id oleum quo dura uenena eius exterguntur, mihi curauerã, anteq̃ hunc lapidem attingerem.

Vt penetremus negotiũ. Non dixi. D. Ecki Ecclesiam depreca

ri,ut deus pœnitentiã auertat(oratio Eccleſiæ ſatis plana eſt)Sed q̃ deus flagella iræ ſuæ auertere dignetur, aliud eſt flagella auerti,aliud pœnitentiã. ſicut res alia,atq̃ alia exiſtit pœna & flagellũ.

Non te mouet q̃ ſcripſi ex Eccleſiæ oratione,populũ fidelem & iuſtum deprecari, ut flagella iræ auertat,pro ut in concluſione mea.cxi. lucidiſſima habet linea.Eccleſia ita preces,Sabba. Do.i.in quadra. fundit.Et ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Quæ tñ alibi orat,ut de pio uerbere p̃ficiat,pia ꝟuerbera Eccleſia toleret,ſed ab iracundiæ plagis petit liberari.Sed cũ tu ſanctos Eccleſiæ precatus aſperneris, redeas,contemnas,Canonicã obiicio ſcripturam. Aduertiſti ne uſq̃ Dauid iuſtum,ſanctũ q̃ in eodem contextu dicere ſe in flagella paratũ, & dolorem ſuum eſſe in ſuo conſpectu ſemper, qui inexordio eiuſdem p̃s ita orat. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq̃ in ira tua corripias me. Petit,ait,Chryſoſ. ne in ira.i.uehementer arguatur,& neq̃ in furore id eſt abſq̃ uenia corripiatur. Non eſt oratio inquit nolentis argui & corrigi recuſantis? Quibus poſſem coaptare,quæ Aug.ſcripſit, Adiicerem Chry. in homi.lxvi.ad populũ,ſed fortior eſt Hieremiæ authoritas, qui dicit. Scio domine, q̃ non eſt in homine uia eius &c̃. qui ſtatim ſubiicit, Corripe me domine ſed in iudicio,non in furore,quod teſtimoniũ apud Hiero. dein de Aug.de pecca.me.lib.ij.c.xvij.uides, quibus clareſcit quid petat Eccleſia quando flagella iræ,non pœnitentiã auerti petit,hæc eſt reſponſio congruens propoſito. Tu uide ne ſis inuerſor ſcripturæ. Nihil de meo dixi, conſydera an tu non ſis miſerandus, qui mecũ clauſis oculis Andabatarũ more colluctaris.

D. Eckij .X.

Cum enim dictorum intelligentia ex cauſis dicendi ſumi debeat, ideo merito. Do. Bodenſtein debebat ponderare de qua pœnitentia eſſet nobis colluctatio.

Nota prædicas & ueriſſima adeo quod iure conſultus uim & poteſtatem legũ intentione, uel cauſa dicendi conſiſtere ſcribat. Hanc contradicendi cauſam non otioſe in tua inuectiua attendi conſyderaui totum propoſitum tuum ad id tendere,ut abſolute & indiſtincte non omnem uel totam fidelium uitam eſſe pœnitentiã probares, & ad id cominus & eminus decertas ac ſtrenue.Ego uero cum ſancta ſcriptura ſentio,omnem fidelium uitam pœnitentiam eſſe quemadmodũ illud reſtruxi.

D. Eckij. XI.

Nam cũ quidem meminerit pœnitentiæ de qua dominus magiſter noſter IESVS Chriſtus dixit, pœnitentiam agite &c.ego ab eo diſſentiens,de pœnitentia quę a nobis agitur,non qua patimur,manifeſte ſum locutus.

Hic cauſam dicendi depromis. Et ex hac dictorum tuorũ ſenſum deſumpſi, aduerti equidẽ te a ueritatis tramite hallucinari, quod propter pœnitentiæ ſacramentum non te uidere ais,quomodo pœnitentia omnem fidelium uitam exprimat.

D. Debebas & tu illius meminiſſe doctrinæ, q̃ concluſio intelligitur ſecundũ præmiſſas ex quibus inducit, hoc eſt quod alij dicũt,Dictũ doctoris debere intelligi ſecundũ textũ allegatũ.

De illatione authoritatis Chriſti poſſem aliqd dicere,at cũ uideo te plus ex capite tuo, q̃ authoritate Chriſti reluctari, nihil ne ceſſum eſt, uatias aũt uideo penes Eccleſiaſticos doctores inductiones,quas irritatus dabo.

Chriſtus pœnitentiam agite dicendo, demonſtrat quid petere ab eo debeamus,non dicit q̃ lib.arb. ſeipſo pœnitentiam habere ualeat,quin ait. Sine me nihil poteſtis facere.

D. Eckij. XII.

Quare liquet collectas & orationes Eccleſiæ non ſolũ mihi nõ aduerſari,ſed multũ impertinenter adduci,orat enim Eccleſia, deũ nos protegere a periculis imminentibus &c.

Argutus athleta.D.Eck,q̃ tangit iniectũ iaculum,ſed diſſimulat uulneris dolorẽ,dicit ſibi nõ aduerſari collectas, quas tamen diſſoluere nitit̃,quod in conclu.ix.& xiij.uidere licet,hic in aliã ſe iactat partem, dicit nõ aduerſari ſibi collec. & ita nondũ quo ligatus eſt contra nitendo ſtringit, ſuo ſeſe inuolutat laqueo.

Aduerſantur aũt,D.Eck Eccleſiæ preces,quas in cõcluſio. noſtris. cij. ciij.cv.cvi.cx.& alijs legimus q̃ in ſumma hoc dicunt.

Eccleſia uniuerſaliter coacta,in ueritate dicit,Peccatores te rogamus audi nos, ſi oẽs & ſinguli quotquot in eccleſia dei ſunt ueraciter confitenť,& dicunt ſe peccatores: conſequens eſt oẽm fidelũ uitam pro peccatis pœnitentia indigere, ad hoc nihil hic D.Eck dicit. Non enim de ſacramentali pœnitentia loquit̃ Eccleſia. Inſuper petit Eccleſia dei populũ a peccatis, quæ inſunt, non quæ inerunt, emundari quæ uerba & preces ſunt pœnitentis, quod per p̃s pœnitentialem aſtruxi, ſed D.Eck,ſimpliciter gra-

ditur,& putat suæ dimicationi sufficere, si sanctas Ecclesiæ preces rideat, & pro libito neget. At postremo nihil contra se pugnare quod ipse inficitur pugnare.

D. Ecki dic mihi quando tota uniuersalis Ecclesia est collecta, & dicit peccatores te rogamus audi nos, an uerũ dicat uel ne? Si uerũ an illa sit pœnitentis deprecatio an ne? si dederis pœnitentis esse? dic si pœnitentis sacramentaliter? Si sacramentaliter pœnitentis? da extranumerarium qui absoluat? at non dabis. Cum omnes posuerim fideles congregatos, & petere peccatorum remissionem, nemo autem sibi cum alijs absolutionem dicat, ergo pœnitentiam dabis non sacramentalem, ueruntamen cum omnes eam effundant fideles uoles uocem, peccatores &c. dabis omnium fidelium uitam pœnitentiæ subdi.

Item effare an uerum dicat totus dei populus (uniuersa scilicet Ecclesia) flagella meremur. Si uerũ, quia Ecclesia dicit? ergo dabis omnes fideles pœnitere? Quod si tergiuersaris. Audi Ecclesiã quæ feria. v. in quinqua. dicit Deus qui culpa offenderis pœnitentia placaris, & post pauca, Flagella iracundiæ quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Ecce fatetur culpã offendentem Ecclesia, & uerbũ pœnitentiæ placatis dei populus, totus & uniuersus eloquitur, alioqui diceret Ecclesia, preces partis populi tui respice, proprie igitur dei populus (Ecclesia scilicet) omnes fideles cõprehendit, ille clamat & fateť se mereri flagella iracundiæ dei, & pœnitere pro culpis, orando ut eas deus remittat, & de sacerdote absoluente in oratione nõ constat. Dabis igitur pœnitentiã non sacramentalem, cotidianã, omnem fideliũ uitam repræsentare, & collectas Ecclesiæ cõtra te prolatas ptinentissime tibi aduersari, Ex his & alias deducendis, patet te ligatũ, tu ipse eqdẽ nodũ dissoluere curas, & cõclusionẽ sequentẽ merito obticuisses

D. Eckij. XIII.

Vnde nullam debuit pro me sine libris diuinari solutionem, eum in re confessa nulla fuerit opus solutione ligatum soluendum est, nihil ligauerat & solutionem quærit. Si tamen aliqua opus fuisset, ego cũ adiutorio, & gratia dei abunde uoluissem ei respondisse.

Præsagiuit mihi mens te ad collectas, in quibus omnis fideliũ multitudo se pœnitere pro suis dicit peccatis & culpis, responsurũ. Verum fateor Ecclesiam deprecari, ut liberetur a peccatis imminentibus, non ab his q̃ insunt culpis, ut uidelicet ecclesia uniuersalis non habeat culpas inexistentes, sed quæ inesse possent, rogat ut p̃seruetur ne insint, ita pro te respondi, & quemadmodum te responsurum conieci, ita re ipsa te feciſſe omnes diiudicant, qui conclusionem tuam. xx. & xxi. agnoscunt.

D. Eckij. XIIII.

Quod uero inducendo orationem Purifica &c. ad literã contendit Ecclesiam pro iustis tantum orare imus inficias.

In conclu. ix. Eck, non modico suarũ conclusionum amore cæcutiuit. In hac conclusione sumptis Lyncei oculis, quæ in rege natura nõ sunt uidet, & efflictim omni telorũ genere pugnat, in omnibus periclitať. Sed & Enceladũ arq; Porphyrium gigantes aggressos louem cœlo deturbare, agit, nam id in cõclusionibus meis potissimũ. cxij. & .cxiij. cernit, insectatur & demoliť, quod si posuissem, certe cœlorũ regno, hoc est, Ecclesia fideliũ, nisi resipiscerem, deturbandus forem. Audet enĩ mihi adscribere, me scriptitasse Ecclesiam pro iustis tantum orare, ideoq; merito se inficias ire. Quasi ego Euangelium Apostolos & Ecclesiasticos uentis tradidissem, in quibus legimus, diligite inimicos uestros. Item orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Causa contradicendi Ecclesiæ oratione, quã aduersus te intuli quærenda fuit? Non hac opera ueritatem quæris, sed potius conaris deuenustare collectas. Hæc igitur conclusio iugulante obelo antepositio signanda est, ut sciant lectores te & Ecclesiæ & mihi adscripsisse quod non cogitauerimus.

Postremo. D. Eck obsecro, omnes meas excutiat cõclusiones & unã mihi ex eis syllabã inueniat, quæ peruersam suam sententiam, in quã sana ecclesiæ uerba detorsit, adiuuabit. Sed cur tam petulanter obnitiť? ut habeat quod dicat? quod mordeat?

D. Eckij. XV.

Quin sancta & pientissima mater Ecclesia, etiam pro peccatoribus frequenter orat, quorum corda purificari desyderat, immo pro infidelibus & perfidis orat iudæis,

Orandũ esse pro infidelibus, iudæis, inimicis negare quis audet? pro inimicis nolentibus bene uiuere, orare tenemur, ut misericordia Dei præueniat eos, scilicet ut deus operet in illis uelle. Verum pro iustis oramus, ut misericordia dei eos subsequať, ut scilicet ab illo fiat quod uolunt, a quo factũ est, ut uelint. Aug. in

Ench.c.xxxij.contra Iulia.lib.iiij.c.iij.B. ad Bonifa.contra duas epist.lib.i.c.xix.li.ij.c.ix.x.de bona perseueran.c.xx.xxiij.de præ desti.sancto.c. viij.xi.de uera innocen.c. ccij.

D.Eckij. XVI.

Quare fidelium noīe etiã peccatores intelligunt, nam sic B.Greg. in Omilia de uirginibus, regnũ cœlorꝝ præsentẽ dicit significare ecclesiã, in qua uirgines fatuę q̃q reperiant

Non nego fideles & electos dici quos baptizatos & recte uiuere nouimus, multi tamen illorꝝ in parte fatuarꝝ sunt uirginũ, nec lampades ardentes habent, sed mali sunt, sed zizania sunt. Noīe quidem fideles & Christiani, re aũt longius absunt. At ego de illis loquor fidelibus, qui re & nomine fideles sunt, qui sanguine Christi dealbati sunt, qui dei electi sunt, quorꝝ nullus perit qui ex numero sunt sanctorũ, de quibus Ioan. scribit. Ex nobis exierunt qui non erant ex nobis. Si ex nobis fuissent utiq; nobiscũ permansissent, pro illis fidelibus singulariter orat Ecclesia ut purificent, prout in conclu. mea.cxiij.cxiiij.pro præmissis legat Aug.diligẽter de correp.& gratia.c.vij.viij.ix.de quarta fe.c.v.

D.Eckij XVII.

Fides enim non per quodlibet peccatũ mortale sicut charitas, sed per infidelitatem amittit, licet interdum sancti presbyteri uocent fideles a fide formata.

Fides de qua Paulus, & deinde eius in illa de fidei materia interpres Petrus locuti sunt, p quodlibet peccatũ ejicitur per quod charitas amittit, licet Scholastici id negent. Na fides p dilectionẽ operat. Si tollis dilectionẽ, tollis & gratiã, hoc primo. Secundo q̃d iustus ex fide uiuit. Tertio quod ex fide est iustificatio. Quarto q̃ fides reputat omni credenti ad iustitiam, ergo quicquid tollit iustificationem, adimit & fidem. Quinto q̃ fide corda purificantur iustorꝝ, qui ex fide uiuunt. Tũ quia fides est gratia. Sexto q̃ Dauid a domino secundũ misericordiam dari sibi fidẽ petit dicens uiuifica me secundũ magnam misericordiã tuam, & custodiã testimonia oris tui. Item da mihi intellectũ & scrutabor legẽ tuã. Cui quidem sententiæ Apostolus testimoniũ dat, dicens, gratia enī saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enī donũ est, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Si bene præcedentia ponderant liquet quod Apostolus fidem gratiæ tribuit, ita q̃ omnis fides est gratia, de fide loquor qua sanũ ueritati adsensum præstamus, qua in deũ credimus, qua iusti uiuunt, propter quã soli illi apud deum fideles sunt, qui fideles & iusti sunt. Rationes Scholasticorũ de fide formata & informi, & acquisita non curo, fideles a fide, per quã Christus in cordibus habitat fideliũ dicunt, non a fide quã hoīes ex operibus suis indipiscunt. De illis illi uere p̃cedit fidelibꝰ Ecclesię oratio. Purifica fideliũ corda &c̃

D.Eckij. XVIII.

Sed debemus Ecclesiam pro fidelibus iustis hac oratione supplicare, perperã tamen infertur ob id eos habere peccata, cum ecclesia eos mundari orat.

Nihil mundat nisi immundũ, modo secundũ Chry, q̃d faciunt sordes & morbi corpibus, hoc peccata animabus. Sana animã meam, quoniã peccaui tibi, ergo iustus qui mundari põt habet peccatũ a quo emundatur. Quis aũt dubitat peccata spiritũ hois facere immundũ, & nihil posse mundari, nisi immundũ, apud quem dialecticorꝝ non sequeret: Ille iustus debet mũdari, ergo est immundus, sed Iob neminẽ dicit a sordibus mundum.

An ne Christus perperam arguit: quando dicebat. Sanis non est opus medico, & contra infirmis opus est medico.

Si D.Eck nõ erubescit has inanes nœnias publice edere, quid faceret in cõcertatiõe uocali: ubi oẽs liberiores sumus, & q̃q; in cõclusibiles, ubi indoctũ uulgus sine uictoria eũ clamat trophæũ consecutũ, quem clamosiorem audit, id enī habet iudicij amusa simplicitas. D. Eckij. XIX.

Cũ & de pœnali cõcupiscentia & eius surreptionibus pure inuoluntarijs, nõ de actu criminoso, qui solum proprie est peccatũ intelligi posset. Concupiscentia enī potius filia peccati dicit, licet interdum etiã extense peccatum dicatur.

Si posset oratio, purifica corda fideliũ, intelligi de cõcupiscentia, adhuc sequeretur quod ipsa faceret immũdos, si propter eam aliqui emundari deberent. Sed ad alia. Ad rem.

Aduerte candide lector iuxta. D. Eckij opinatiunculam nihil ꝓprie peccatũ appellari nisi crimẽ, quasi peccatũ proprie nihil sit, nisi sit magnũ & grande p̃ctm̃ uel crimen, ita enī scribere nõ erubuit Improprietatis accusat eos oẽs, qui peccata minuta, peccata uenialia, peccata absolute appellant & proprie. An infabre

Cyprianus in oratione dominica, debita quotidiana, quæ remitti petimus cotidie, peccata uocitauit? An infœcunde Chryſo. qui id idem copioſe ſcripſit? An ineleganter ac ruditer & elegantiſſ. & eruditiſſ. Hieronymus, an male Auguſtinus? improprie Bernhardus? inculte Caſſianus? & cæteri? Cauete omnes Eccleſiaſtici Cenſorem patitur ueſtra loquela grauem. Caueat ſibi Apoſtolus qui ſcripſit, Scio quod non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum, & poſt paucula, Si autẽ quod nolo, facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in carne mea peccatũ, q̃ male uocauit peccatum, illud ſecundũ D. Eck. quod eo nolente, quinetiã reluctante operatur malum quod non uult. Caue tibi & Apoſtole Iacobe, quod nobis improprietatem & ſermonis & ſententię inculcaſti, ſed & male eruditi, cum ſcriberes. Concupiſcentia cũ conceperit parit peccatum. Peccatum uero cum conſumatum fuerit mortem generat, Sed ueni & o Chriſte & audi, uel te locutum improprie quãdo poſt grande orationis compendiũ, iuſtis traditum, continuo ſubieciſti. Si em̃ dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater delicta ueſtra, quo nos admoniſſe uideris debita, de quibus proieceras, eſſe peccata, Cur tam improprie locutus es? quod ſi propriè cur D. Eck. contra te latrat? ut dicat ſubreptiones concupiſcentię improprie eſſe peccata, quæ ſancti & iuſti tui tanq̃ delicta & debita remitti rogant, ueluti in tua iuſtitia deficientes quando illis cõcupiſcentiæ peccatis obluctantur. Morſus mutescat & Auguſtinus qui dixit, Inquantum ex occaſione carnalis infirmitatis, motus reprehenſibiles improbiq̃ SVBREPVNT peccamus, & ob id indigere oratiõis, remitte nobis debita. Doleat & Dauid, qui improprie ait, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris. Itẽ Educ de neceſſitatibus animam meam. Hæc iam breuiter perſtrinxi copioſius autem in concluſionibus primiciarum noſtrarum ſcripſimus, quas D. Eckio ſi rogauerit edituri ſumus.

Non ſunt immundi qui petunt ſe a malo concupiſcentiæ liberari? non ſunt immundi qui orant, ſed libera nos a malo, quia D. Eckius hoc dicit, & concordat Augu. de baptiſ. paruulo li. ij. c. iiij. & alijs, atq̃ contra Iulia. li. vi. c. xi. ubi Augu. declarat, quod Apoſtolus in perſona aliorum præmiſſa dixit.

De concupiſcentia, dico ipſam ſecundum Auguſtinum eſſe peccatum. Primo, quia peccato facta eſt ſicuti hæc ſcriptura dicitur manus, qa facta eſt manu, & locutio lingua. Secũdo dicit peccatũ quod delectatione peccãndi moueatur. Tertio q̃ peccatum facit ac parit, & malum nobis nolentibus ingerit, ac ad reatum rebellando nos trahit, niſi adiuuante gratia liberemur, & q̃d ei conſentire, peccare eſt. de his amplius in primitijs. cxxxvi. Hæc ex probatis Eccleſiaſticis.

D. Eckij. XX.

Quod ſi etiam de acta cupiditate intelligeretur, adhuc ua cillaret. D. Bodenſtein illatio, quod Eccleſia peteret iuſtum mundari a pœna, non a culpa, quam iam non habet.

Nouũ emundationis genus nobis hodie non gratis uidetis dari, quantũ ad proxime per D. Eck inducta. Eccleſia petit iuſtorũ fidelium corda a cupiditate mundari. D. Eck more ſolito, dicit Eccleſiam petere, ut a pœna, non a culpa cupiditatis emundetur, hoc ego & Eccleſiaſtici neſciuimus, uidelicet q̃ eccleſia ſe ab aliquo uerbere mundari petit, putauimus ictum fuſtiũ non maculare, ſed cauſam propter quam ictus infertur.

Ad rem, iuſtus deus, innocentem non plectit pœna, Daniele dicente propter peccata noſtra induxiſti iuſte hæc oia mala ſup nos, & Eccleſia inquit, nulla noceret aduerſitas, ſi nulla eſſet iniquitas. Item dicit flagella quæ meremur auerte, & uis uidere merita flagellorũ, oculos attolle in principiũ orationis. Deus qui culpa offenderis dicit &c̃. ut in concluſio. cvi. ubi adieci, meremur ait, non meriti ſumus, eſt ergo culpa præſens quæ metetur pro D. Eck facit. cxxxv. de Eccle. dogma.

D. Eckij. XXI.

Quod ſi ex ſuperabundanti hoc quoq̃. D. Bodenſtein dederimus, adhuc frigida eſt ſua illatio cum Eccleſia iuſtũ petit mundari a cupiditate terrena præſeruando, quod excellentius eſt, quam curando. Iam doctus quiſq̃ facile uidet me ſpinoſa illa ſepta confregiſſe.

Frigidam noſtrã illationem in. c. fina. de Spi. & Lit. Deo uolente calefacturus ſum. Non poſſum ueritatem omnino a ſpinis facere imunem, ille ſanctus in erumna fuit conuerſus, quando ſpina pungebatur, quod ſi mihi illudis fateor me ſpinoſum, & niſi eſſem & confiterer q̃modo herenatijs petra fieret refugium in hoc gloriabor quod Chriſtũ diadema ſpineum uideo tolerare, ut meas ſpinas obterat, expungat & confringat.

Ad rem, Vide mi D. Eck, si male in conclusio. cxi. sum auguratus: Si inanis fuerit diuinatio, putas enim ecclesiã fateri iustos a peccatis præseruari, non aũt & simul iustos & peccatores. Sed quid dices ad inducta in conclu. cv. a noxijs quoq; uitijs cessare concede, ubi Ecclesia rogat ut etiã iusti a noxijs cessent uitijs, fatetur ergo uitia & noxia iustos facere, dicit enim populũ tuum &c. de illo intelligens etiam populo, qui etiã populus dei re existit. Quid respondebis? Quid dices Apostolo Ioanni. Si dixerimus, q̃ peccatũ non habemus, ueritas nõ est in nobis, habemus dicit, non legis si dixerimus, q̃ possumus habere, uel q̃ p̃ dei gratiã præseruamur ne habeamus &c. sed si dixerimus non habemus. Quid est habere peccatũ aliud, nisi peccatũ inesse? post pauca dicit deum remittere peccata confitentibus? Quid dices illi. Iustus in primordio sermonis est sui accusator? uel accusat se false habere peccatũ, uel uere. Si falsè? dabis eũ mentiri. & non esse iustũ, sed impium, quia os quod mentitur occidit animam, potissimũ quando deo mentitur. At si uere iustũ sese accusate fateberis, consequens est, iustũ habere peccata, & peccatorem esse.

D. Eckij. XXII.

Porro q̃ Eckium rogat quid aliud Ecclesia oret, nisi ut iusti mundetur ab ædificatione illa qua iusti sup fide Christi, lignum, fœnum, & stipulam ædificant. Rogatus Eckius impigre respondet, quod recte sic orat Ecclesia, ut uenalia, q̃ leuiora sunt, ut fœnum &c. ad preces Ecclesiæ remittantur, ne iusti pœnas pro his debitas in purgatorio patiantur,

Calescit ne iam frigida illatio? cum tu admittas in hac cõclu. iustis uenialia peccata ad Ecclesiæ preces remitti, concedis ergo iustos habere culpas in existentes, tametsi paulo ante dicebas, Ecclesiã petere, ut iusti a culpis præseruentur, non aũt ab inexistentibus iustos emundari culpis.

Quod aũt infers de metu seu timore iustorum, ne pro culpis & peccatis pœnis purgatorij supponant, altiorem repetitionem facerem, si hæc conflictatio eam complecteret. Adiuuari tamen sententia tua uidetur illo. Domine ne in furore tuo arguas me, iuxta Augusti. explicationem.

D. Eckij. XXIII.

Sed nedum, sed & aliud orat Ecclesia, ut ab ædificatione fideles mundentur, qua ferrum, æs uel plumbum ædificant duriora, scilicet & grauiora peccata mortalia, ut in oratione super populum. Absolue quæsumus domine nostrorum uincula peccatorum &c. Item ab omnibus nos quæsumus domine peccatis propitiatus absolue. Nolo tamen cũ collectis exercitum mearum propositionum augere uti fecit, D. Bodenstein.

Hanc doctrinam. Si ad rem propositam dedisti, uidelicet, q̃ super fidem Christi iusti ædificant mortalia peccata, non libenter contra te retorquendam accepto, quoniam animosa est, neq̃ ego ausus fui ex dialogo citato Hiero. illud dicere, quamuis coniecerim magis q̃ recte intellexerim iustos peccare posse mortaliter, manente iustitia, hoc tamen scio, s. iustis esse difficillimũ discernere an culpe eorũ uel ueniales uel mortales sint, tu uero ingenue definiueras, modo in proposito permansisses.

Ad collectas, ostende illas non esse preces iustorum. Nam qui peccata accusat iustus est, benefacit qui ad lucem uenit ut manifestentur opera eius & fidelis est deus qui confitenti peccata remittit, proprie iustorum sunt preces quibus Ecclesia peccata deleri orat. Quod autem apercus collectas, quasi ad astruendã tuam sententiam ineptiores immo quasi uiliores, & indignas tides non transferam in lethes campum.

D. Eckij XXIIII.

Aliorum tamen sensa non contemno, nam & D. Erasmus ex primo. S. Hieronymi contra Iouinianum egregiam adfert sententiam, & Beat. Ambro. sicut aliqui, alij uerbum Apostoli de fœno & stipula ad doctrinas malas, aurum & argentum ad sanas doctrinas interpretatur. Curremus ambo mi D. Bodenstein, & da tu bone.

Nec Aug. aliorum sensa contemnit, quando ita se habet scripturæ obscuritas, q̃ difficile est ut unum pariat intellectum, quicunq; tamen intellectus exierit opus est, ut regulæ fidei cõgruat.

Quod aũt nouitatis scripturarum clam me incessis, patienter fero, sed non iudico eas doctrinas nouas, quas Prophetæ, Euangelistę, Apostoli, Ecclesiastici doctores anteq̃ tua doctrina in re-

naturam exiuerit, nobis tanq̃ regulas edidere.

D. Eckij. XXV.

Nõ igitur negamus, quin maxime confitemur. S. matrem Ecclesiam petere membra sua purificari, & palmites purgari, uti uarium purgationis modum nobis necessarium, iam præconcessimus.

Præconcessit sanctos nõ purgari ab inexistentibus culpis, sed p̃seruari ne insint &c. postea contradixit iustos peccata uenialia habere, quod & Scholastici concedere coguntur.

Voluntas nr̃a, cui Christus est uitis, & pater cœlestis agricola adhuc indiget purgatione, ergo est imunda, est ergo palmes fructũ afferens purgationibus egens, de illo, q nullum fructũ affert in Christo, p̃misit tex. Ioan. xv. Si. D. Eck mecũ cum sancta scriptura uult bene consentire, placet, accepto, congratulor.

D. Eckij. XXVI.

Et purificationis genus a nobis memoratũ, hinc libere fatetur. D. Bodestein, cum uetustatem ex peccato relictam omnes fideles habent, quam. A. August. suo tempore iustis ex causis peccatũ dixit, quod nostro tpe non est in usu.

Si. D. Eck cõccedit iustos sanctos hic, culpas & peccata habere ꝑpria a qbus mũdari se efflagitant, mecũ sentit & bene, sin sec⁹, nec cũ ueritate, nec mecũ sentit, hæc sat ex p̃missis comprobata

Est aũt in interiore hoie relicta ex peccato uetustas ma (sunt. la qdem & imunda, de qua dicit Apostolus. Interior homo de die in diem renouaꝫ profecto qui de die in diem adhuc renouaꝫ nondũ totus est renouatus, & inquantũ nondum est renouatus intantũ adhuc in uetustate est, proinde ex hoc quod adhuc in uetustate, est, q̃uis baptisatus sit, adhuc etiã filius seculi est, inquantum autem in nouitate est, intantum filius dei est. Idem Apostolus præcipit, ut exuamus ueterem hoiem cum actibus suis, & induamus nouum hoiem, qui secundum deũ creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis, ergo iustus qui cotidie renouaꝫ, cotidie habet malam uetustatem, ergo non est plene mundus, adhuc filius seculi. De usu dicendi infra.

D. Eckij XXVII.

Nam quæ est uetustas peccati, nisi tyrannus, & lex membrorum mala concupiscentia, quæ in nobis sæuit, malum promouet, bonũ impedit, ex uetusto peccato Adç in nobis peccato originali seminata. Carolo.

Hæc ex præcedenti pendet. De differentia uetustatis, item de concupiscentia & uetustate quid distent, & quemadmodum in duplici homine ponantur, in probationibus nostrarum primitiarum copiose scripsi, præmissa aũt sufficiant, poteris pro una differentia uidere Augusti. contra Iulia. lib. vi. c. v.

D. Eckij. XXVIII.

At illa ut sæpe meminimus, proprie non est dicenda peccatum, sed magis pœna, licet sit ad peccatum irritatiua & prouocatiua, cum in puero baptisato remaneat.

Caroloſtadij.

Citaui D. Eckio Augustini de baptis. paruul. librum. ij. ca. vij. quem si cum sequentibus legisset, hanc & similes conclusiones in armario suo seruasset, patet autem quid de hac sentiam ex præmissis, de concupiscentia.

D. Eckij .XIX.

In tali enim puero proprie nullum est peccatum, non originali, q̃ baptismo est dilutum, non actuale, quod usu rationis adhuc careat, q̃ si peccatum in eo dicitur, hoc extraria prouenit denoiatione, termini e quo uel ad quem

Caroloſtad.

In baptisatis infantibus quomodo concupiscentia (cuius reatus extinctus est, sed ipsa nondum sepulta) peccatum dicatur præmisimus, eos aũt nullũ proprię uoluntatis habere peccatũ Aug. de baptis. paruul. lib. i. c. xxxv. & fina. & de bo. per se. c. xij. Dein de Hierony. in fi. dialo. aduersus pelag. asseuerare uidentur. Aliam autem esse quæstionem, hominem sine proprie uoluntatis peccato, & absolute sine peccato esse puto. Ideo hanc conclusionẽ tanq̃ capiti dimicationis nostræ impertinentẽ, modo secius attingere non licuit data aũt causa dei ope operã impendemus.

D. Eckij. XXX.

Sic enim non debemus sinere regnare peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desyderijs eius, inest enim peccatũ istud membris nostris, sed non regnat, quan

do non obeditur desyderijs suis ait Aug. Carolo.

Iusti per gratiam dei peccato, quod est in cărne, resistunt ne regnet, auferunt regnũ ne fiat, quod iubet, habẽt tamen peccatum in membris. Sic enim ait Apostolus. Non ergo regnet peccatũ in nostro mortali corpore, nõ dicit non sit peccatũ, sed non regnet. surgit ira, noli ei dare liguam ad maledicendum, non surgeret ira irrationabilis, nisi peccatum esset in membris. Aug. in Ioan. tract. xli. de uer. Apostoli serm. xij. & epistola. cc. Vides aliud esse habere peccatũ, & peccati partum, aliud pmittere regnare peccatũ & uides malam esse iram, nõ ego dixi peccatũ regnare in iustis, sed sepicule, iustos pugnare aduersus carnem, & carnem aduersus spiritum, ut non quæ uelint faciant, male utiq; cõcupiscunt, sed concupiscentiam regnare non sinunt. Miror. D. Eck tam oscitanter legere Augustinũ, sed non est mirandũ, quia solũ crimen apud eum est peccatũ uerum & proprie. Hæc cum patientia alioqui plura profereremus.

D. Eckij. XXXI.

Recte ergo petit Ecclesia renouari spiritu mentis, & induí nouo homine, ut sic cũ secundo Adam spiritus prædominetur, lex aũt membrorum repugnans legi dei nostri a primo Adam in nos deriuata, sopiatur. Carolo.

Si D. Eck intelligit, q̃ Christo, qui est secundus Adam, renouante spiritum mentis nostræ atq; nouo induente homine, ita prædominet gratia in nobis & intantum, q̃ lex repugnans nõ pariat peccata ipse cum Pelagio, quasi homines ad angelos transfert, Videat D. Eck Aug. contra iulia. lib. vi. c. v. quo diligenter pellecto, sed & intellecto respondeat, uideat ne hominẽ ἀντίθεσιν faciat, & noua stropha eludere cupiat ueritatem. Nam si iustum non esse peccatorem & nulla in ueritate habere peccata contendit illam uix euadet notulam.

D. Eckij XXXII.

Eximiam pariter fatemur pœnitentiam, peccata fateri cæteris paribus, infirmitates aũt proprie confiteri non possumus, cum non passiones, sed peccata sint materia circa quã pœnitentiæ. Carolo.

Transeat cum cæteris paribus, quod aũt infirmitates proprie cõfiteri nos debere inficiatur, ostendit quid in Apostolo & Prophetis & Ecclesiasticis sciat, Iubentet Apostolus in infirmitatibus suis gloriaẽ, ut habitet in eo uirtus Christi, uirtus in infirmitate perficitur infirmus est omnis cui sufficit dei gratia, quibus non sufficit illi non sunt infirmi, non habent infirmitates. Sed quod infirmum est dei fortius est hominibus. Infirmis opus est medico, propterea dicit. Sana me domine quoniam infirmus. Vide mi D. Eck iustus confitetur infirmitatem & sanatur, quocunq; infirmitas uento adferaẽ confitenda est, ut rapiamur dei spiritu. Haberem quod dicerem, sed missa facio.

D. Eckij. XXXIIII.

Eleemosinas aũt, ieiunium, & oratiouem, remedía uenía liũ admittimus, at si peccata mortalia excludere uelit quod his non medeaẽ, dictum suum non recipimus. Carol.

Quemadmodũ mortalia remissa extiguanẽ eleemosina &c. hic nimium esset recensere, Eleemosinam aũt impij & infidelis sua propria remittere peccata prorsus nego, q̃ immundis & infidelibus nihil est mundũ, sed polluta sunt eorum mens & conscientia, & q̃ omne quod non ex fide peccatũ est. Prius ergo in melius mutanda est uita, deinde per eleemosinas de peccatis p̃teritis, ppitiandus est deus iuxta illud. Mũdate q̃ intus sunt & q̃ foris sunt munda erunt oportet enĩ iudicium et charitatem primũ facere. Dein eleemosinã non omittere. Augustinũ uideãt studiosi in Ench. c. lxx. lxxv. lxxvi. lxxvij. Eleemosinæ uero a crimino so datæ ad hoc prosunt, ut minus puniaẽ. Minus enim Fabritius q̃ Catilina punietur, non quia ille bonus, sed quia iste magis malus, & minus impius q̃ Catilina Fabritius. Aug. contra Iulia. lib. iiij. c. iij. F. G. Videat. D. Eck & quid uelim reperiet.

D. Eckij XXXIIII.

Cum ad satisfationem pertineant, tertiam pœnitentiæ partem, pœnitentiæ autem sacramentum ut A. August. placuit, contra mortalia ordinatur peccata, quamuis illa tria non per se deleant culpam, sed peccati pœnam.

Coroloſtadij.

Prima pars huius cõclusionis ex proxime dictis est soluta, de ea q̃q; & secunda satis in præmissis. Tertia aũt indiget examine Cum scriptũ sit date eleemosinam & oĩa munda erunt uobis. Itẽ eleemosina extinguit peccatũ, nunq̃ ego legi pœnas, inquinare pœnitentes, sed frequenter illud, q̃ pœnæ q̃dã sunt purgatoriæ,

certo scriptū uideo, uasa figuli probat ignis & homines iustos tentatio tribulationis & uniuscuiusq; opus quale sit ignis proba bit. si cuius opus exustum fuerit damnum patiet, ipse aūt saluus erit, sic tamen quasi per ignem, insidet mihi & illud mundans non facit innocentem. D. Eckij XXXV.

Vnde Nabuchodonosor mortalirer peccauit, adhuc ta men Daniel ei consuluit, ut peccata sua eleemosinis redime ret, similiter dominus noster Iesus Christus, hoc genus dæ moniorū non ejcit dixit, nisi p orationem & ieiuniū. Car.

Hæc satis ex allegatis in xxiij. conclu. Deus enī prius fingit per sonam in Christo Secūdo p̄parat opera inqbus est ambulandū, quod alius textus habet lucidius. Respexit ad Abel & munera ei us, dicturus quippe dominus respexit ad munera, solicite præ misit, respexit ad Abel, uictime impiorum profecto abominabi habiles sunt deo. Cum extenderitis dicit manus uestras auertam faciem meam a uobis. Dona iniquorum non probat altissimi. Item faciem Iob suscipiam, ut non imputetur uobis stultitia ubi Greg. in Iob. lib. xxxv. c. v.

D. Eckij. XXXVI.

Cum in Ecclesia militante nunq̄ desint, qui peccant, recte ipsa quamdiu militauerit, pœnitentiæ est indiga, at ex hoc non recte infertur pœnitentia esse totam uitam fideliū. Ca.

Cū omnes qui in Ecclesia peregrinante, rite militant, militan do peccent, omnesq; militantis Ecclesiæ proprie & in ueritate sint peccatores, & ob id cotidianæ pœnitentiæ indigi, recte illa tum est omnem seu totam infideliū uitam esse pœnitentiam.

D. Eckij. XXXVII.

Incrementum charitatis deesse ex uitio nostro, si per uitiū intelligit peccatū, q̄ facit nos dignos pœna æterna & odio dei, non accepto, quoniā diuo Mihaelis incrementum gra tiæ ante consumationem, sine uitio defuit. Carolo.

Si D. Eck Augusti. lectita esset in suo loco citatum non dubita ret, sed scriberet illud uitiū proprie esse peccatum, & hoc secun dū legem dei, & si secius secundum D. Eck, fuit aūt allegatus Au gust. de senten. Iacobi lib. ij. c. x. adjcio censoribus Aug. de pec. ca. meri. lib. ij. c. xvij. xix. & xx. de his amplius in .c. fi. de Spi. & lit. De S. Michaele inductum est impertinens.

D. Eckij XXXVIII.

Potest tamen in eo sensu acceptari, q̄ ex uitio nostro desit gratiæ incrementum, hoc est, q̄ ex imperfectione nostra q̄ patimur ex uitiosa concupiscentia, minorem recipimus gra tiam, nam ex Aug. expresse liquet (unde hæc desumpta est propositio) q̄ uitiū nominat malorum fomitem.

Ecce fatetur sibi citatum Augustinū, sed eum secundum scri pturas ab illo allegatas, noluit intelligere, ut ipse quod somniat effutire queat liberius, ego aūt doctore secundum dicta allegata accipio, ex his de eorum, & interpretatione & illatione dijudi cans, iuxtā conclusionem meam. ij. & iij. & c̄.

Non solū concupiscentiæ in carne hærentis uitio, sed etiam reliquiarū uetustatis in homine interiore & spiritali relictarum fit q̄ deest incrementū charitatis, ut omnis reprimat animæ su perbia, & quisq; sciat, qui orat, se orando deficere & peccare. Nō est enim iustus in terra qui benefacit, & non peccat.

D. Eckij. XXXIX.

Ex quo satis liquet in quo sensu bonus dicat peccare dū bene facit, & idem bonus & malus, cum malitia hic fragili tatem dicat humanam, quæ opera nostra imperfecta reddit

Hæc ex præmissa & subiectis satis eluceset.

D. Eckij. XL.

At nullus nisi desipiat, dabit eodem actu quem mereri ui tam æternam, q̄ proprie peccare dicit, & in quo sensu pa tres nostri probatissimi Theolo. quadringentis annis cum lucro animarum locuti sunt.

Si D. Eck. desipientiam in eos eiaculatur, qui peccatū esse pro prie in opere bono, quod ipse meritoriū appellitat, afferunt, se cundū iurisperitorum regulā qui posita in principio, referri di cunt ad omnia sequentia, ad eundem finem tendentia, atq; in eis subintelligi, ego certe fui insipientissimus, qui defectū in bo no opere proprie peccatum esse uocaui, sed & scripsi.

At ego impudentissimū putauerim ab Ecclesiæ & dei uerbo rū loquendi regula dissentire existimaui quippe uerbum dei ue lut gnomonem & regulā Theologis datā, ut secundū eam q̄ quid legant & audiant. Verū uel falsum, propriū uel impropriū in sacratū literaq; explicatione iudicarent. Cum aūt D. Eck non

tyronẽ, ſed imperatorem ſacrãq; literarum habeã, inſipientem audio exiſtimationem meã, quam deſcripturis conceperã. Quæ ergo conſolatio? Eſt ne ſequendus D. Eck qui ſua uerba loquitur? & non modo ſua loquitur, ſed ita defendit ut dei uerbũ & regulam offendat. Quæ tanto morbo medela? quod ſubſidiũ? Malo ego mi D. Eck cũ ſcriptura loq & bene ſentire cũ deſipientia, q̃ tecũ propriæ de peccatis loqui & in anime pernitiem male deſcriptura cogitare, ſcio enĩ q̃ Deus ſtulta huius mundi elegit ut confundat ſapientes. Et quod ſtultũ dei ſapientius eſt mundi. Attendite q̃ mordicus ſuam opinionem teneat, ſed apud ſurdũ ſciat ſe crepitum edidiſſe mauult bonus homo ſinuoſis circumagitare negotium ambagibus, ut uincere uideatur, q̃ rectum tenere curſum, nec mirum q̃ ingenio credere quis uelit? quis que at? hoc ſcio Ambroſio docente. Deum non eſſe alienis aſſertionibus, ſed ſuis uocibus æſtimandum.

Ad rem non legit D. Eck, neq; legere in concluſionibus meis homo integri iudicij poteſt, eodem actu quem mereri æternã uitam & æternã damnationem, ob id ſatis extraria & impertinens eſt illius obluctatio, nihil ad rem, ad uerboſitatem uero non pars facit. Teneo aũt donec p̃ legem dei & Eccleſiæ ſanctiones melius erudiar, quod iuſti operis uel boni actus peccatũ. Si deus imputaret regnet ad damnationem. Nã Saluator ait. Si non dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra hæc eſt damnatio, non remittere peccata, cui lucide, niſi me obliuio fallit. Cyprianus ſubſcripſit. At cum bonum opus ſit opus iuſti & beati hominis. Deus peccatum in illo opere non imputat ſecundum ſcripturã. Beatus uir cui dominus non imputauit peccatũ, fatetur ergo beatum eſſe eũ, cui dominus non imputat peccatum, ſeu iniquitatem. Idcirco inuenitur in beato peccatũ, ſed non imputabitur ait Bern. De imputatione illa alibi.

Peccatũ in bono opere uel actu, eſt proprie peccatũ, quia ſcriptura uocat peccatũ, porro ſic ſcribit. Non eſt iuſtus in terra qui facit bonum, & non peccat, idcirco iuſtus bene faciendo peccat proprie, & niſi fateretur ſe peccare, dolũ in ſpiritu haberet & nõ eſſet beatus. peccatum in bono opere utiq; eſt peccatũ proprie. Item pœnitendũ, oratione, ieiunio, eleemoſina, lachrymiſq; eluendũ. Propter illam culpam offendit Deus, & nos flagella meremur, teſtante Eccleſia, Deus qui culpa offenderis ait, & poſt pauca, flagella iracundiæ tuæ, quæ pro peccatis noſtris (tota eccleſia conclamat) meremur, auerte, atteſtat propheta iuſtus & ſanctus dicens. Domine deus uirtutũ quouſq; iraſceris ſup orationem ſerui tui, uides ne dei ſeruũ, ſeruum iuſtitiæ, nõ iniquitatis ſeruum mœrere, q̃d deus ſup orationem ſuam iraſcit, an malum opus ſancti oratio? abſit. Si bonũ opus, cur iraſcitur deus? quia culpa ineſt, ob id Eccleſia petit ut ſectando uel faciendo iuſtitiã a culpa ieiunet, eſt ergo culpa propter quã Dauid, Deum iratũ confeſſus eſt. Iraſcitur ait Aug. ſicut pater corrigens, non ſicut iudex damnans. Eſt ergo in actu bono, q̃d eſt corrigendũ, eſt quod flagellat. Ita Hieremias iuſtus petit corrigi in iudicio, nõ in furore, Augu. uide in allegato p̃s & pecca. me. li. ij. c. xvij. xvi. adſentire igitur in bono actu proprie eſſe peccatũ, noli facere incertũ, quod manifeſtiſſimum ſcriptura facit, quodq; Eccleſia ſemp fatetur.

Quod dicis, p̃batos Theologos longo tempore cũ lucro animarũ contrarium locutos illos profer probatos? Ego p̃batiores Eccleſiaſtico cenſeo imo ſcio cum ſcriptura ſancta loquendum.

Præterea & ſi quadringentis annis locutos dederim, nõ dabo interim tacuiſſe Eccleſiæ preces & orationes ſiluiſſe, imo ſcriptura & eccleſia pluſq̃ octingentis annis ſemper perſonuerunt.

Poſtremo non dabo uſum loquendi ſanctis dei ſcripturis cõtrarium ualere, nec etiã mille annis conſuetudinem talem introduci poſſe concedam. Inueterata equidem conſuetudo pro lege cuſtoditur. ſi moribus coſtituitur, non etiam ſi erroribus, ſi peccatis, & ſi iudicio recepta ſit. Omnem autem conſuetudinem Apoſtolus ſubuertit & abuſum iudicauit, cum inquit. Sed licet nos uel angelus de cœlo p̃dicauerit uobis Euangeliũ, præter id quod prædicauimus uobis anathema ſit, & poſt pauca. Neq; enĩ ab hoĩe accepi illud, neq; didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti, Generalius dico, q̃ conſuetudinem ratio & ueritas ſemper excludit, itaq; ueritate manifeſta, cædat uerati conſuetudo. Ita Auguſt. de baptiſ. paruulo, contra Donatiſtas lib. iij. c. viij. & li. viij. c. xxvij. fruſtra igitur inquit qui ratione conuincuntur conſuetudinem nobis obijciunt, quaſi conſuetudo maior ſit ueritate, aut non ſit id in ſpiritalibus ſequendum, quod in melius fuerit a SSp. reuelatũ, hoc plane uerũ q̃ conſuetudini ueritas & ratio præponi debet. Sed ſi conſuetudini ueritas ſuffragatur nihil oportet firmius retineri, idem Aug. de baptiſ. &c̃. lib. iij. c. v.

Non dicit mihi Chriſtus, ego ſum conſuetudo, ſed ego ſum

ueritas,certe qui contempta ueritate, præsumit consuetudinem sequi,aut circa fratres inuidus est,quibus ueritas reuelat, aut deo ingratus est cuius inspiratio ne Ecclesia instruitur. Augustinus de batis. contra Donatistas lib. vi. c. xxxv. malam autem consuetudinem quis dubitat uelut pernicioſam corruptelam abijciendã. Vide modo quid allegatio tua quatringentorũ ut ais annorum tuam sententiam adiuuet, quod si dicta tibi,ita ex August. citata maiorem tibi uidentur apud Gratianum habere authoritatem, uide c. Si consuetudinem. c. qui contempta, quæ uerba in capite non sunt Augusti. item. c. frustra &. c. mala autem viij. d. Quod de lucro animarum dicis,ego deum testor si unq̃ ueram humilitatem ex Scholasticis intelligere ualui,apud Ecclesiasticos eam secundum diuinam scripturam prædicari eo uideo, quod semper nos faciũt peccatores & inualidos atq; infirmos, Dicamus ergo cum probatioribus in omni opere bono peccatum esse.

D. Ekij. XLI.

Ita idem nõ potest proprie dici simul bonus & malus, qm̃ boni intrabunt uitam æternam,mali uero ignem æternum, modo simul quis non deputabitur gehennæ & cœlo.

Improprie ergo Christus est locutus cum ait. Si uos cum sitis mali,nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui est in cœlis,dabit bona potentibus se. Improprie dissertissimus Hierony. qui ait quamuis aliquis propheta uel Apostolus sit dicitur ei a domino. Si uos cũ sitis mali &c. Hiero. cõtra pela. lib. iij. col. Idcirco improprie diligentissimus August. qui in epistola. liiij, inquit, homo a deo accipit ut bonus sit, de suo autem malus est, in quantum recte agit in tantum bonus est, in quantũ autem peccat malus, Quis autẽ in hac uita est sine peccato? Idem August. ad Bona. contra duas epistolas. lib. iij. c. iij. Si filij dei nõ essent, non eis diceret pater uester qui in cœlis est, & tamen eos malos dicit, lege & uidebis te pessime dicere. illos solum dici malos qui æternum merentur ignem, inuenies illic non omne peccatum facere filium diaboli, bene tamen seculi, comperies quoq; omne peccatum hominem malum facere, omnes aũt filij dei in hac uita peccant, plura allegata coegimus in primicijs nostris.

Scholastice sic argu. omnes huius uitæ iustos proprie peccatores & subinde proprie malos esse. Quicũq; in ueritate, hoc est ueraciter & uere habent peccatum, illi proprie habent peccatum & proprie sunt mali. Omnes sancti & proprie boni filij dei huius uitæ habent uere peccatũ, ergo omnes proprie boni filij dei & iusti huius uitæ proprie habent peccatũ, & sunt mali, discursus tenet, maiorem admittes, nisi de uoculis desceptes, tu nimirũ proprie es homo, quia uere homo. Minorem instruo authoritatem Ioannis. Si dixerimus, inquientis, quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & ueritas nõ est in nobis, ergo si ueritas est in nobis, peccatũ & peccati ueritas atq; proprietas est in nobis, ob id eni quod uere es homo, si negares nõ esset in te ueritas idcirco ut ueritas sit in nobis, peccatum habeamus & hoc fateamur oportet. In quantũ uero in nobis peccatũ, intantum mali sumus per Aug. ubi supꝛ. Aduerte quoq; mi D. Eck ait seducimus nos. si dixerimus nos non habere peccatũ, ne seductoris notam subcurras, & lutum luto detergas, sed quis illi ueritati aduersantem audiet? quis feret? quis non rebitur illud loquendi priuilegiũ non magis esse q̃ sacrilegium? ita impropriare scripturam.

Postremo timeo D. Eck. anathemate percussum & excõmunicatũ. Quod quicunq; dixerit sanctos hoc est iustos non habere peccata, quæ deus eis remittat, & a qbus eos emunder, aut hãc orationem. Dimitte nobis debita nostra, pro alijs non iustis, & non pro se orare anathema sit, Augusti. de Ecclesiasti. dogma. c. xxxv. xxvi. & lxxxvi. uideat quisq; & iudicet inter nos. Hæc aũt adduxi ut morsus. D. Eck in hortũ Ecclesiasticorum transplantaret & circumspiciet an spicula contra Christũ an contra me direxerit. Video eũ non attendere, q̃ cõtra sacras literas concludit

D. ckij. XLI.

Iustos fideles cadere nemo ignorat, qui nouit Adam in Paradiso, Dauid in regno, Petrum in apostolorũ, collegio cecidisse, at iusti resurgunt citius per pœnitentiã & peccatorum suorũ discussionem & detestationem, domino deo, manum gratiæ supponente. Carol.

Aureo hamo piscatur ad crimina a peccatis, de quibus satis dictum est reflectit.

SECVNDA ACNOTATIO D. ECk.

Interiorem pœnitentiam magnam esse, Christus & omnes Christiani docuerunt, siquidem deus cor aspicit & uoluntatem uidua hoc docet quę minuta duo in gazophylaciũ & plus oĩbus misit D. Iesu teste, est eni uoluntas in anĩa sicut regina in regno.

Aduersus rationem præcedentis, prima Caroloſtadij Apo

Veruntamen cũ. D. Echius in ſecunda contra nos (logetica. concluſione idcirco magnã interiorem fecit pœnitentia, q̃ uoluntatem reginam ſuorum actuum dicit, oſtendit ſe uel ignorare literas ſanctas, uel eis aperte contradicere.

Secunda eiuſdem Apologetica.

Nã uoluntas noſtra non eſt regina, & domina eorũ operum, q̃ Deus ut uoluntatis eſſent, fecit, niſi liceat cũ audaculo Eckio ſe curitatem uoluntati promittere contra Prophetica & Apoſtolica documenta. Cæteras in concluſionibus uidete.

D. Eckij. I. inuectiua.

Nunq̃ Eckius ꝓpterea interiorẽ pœnitentiã fecit magnã ex eo quod uoluntas ſit domina ſuorum actuũ, ſed comparando pœnitentiam interiorem ad exteriorem, uoluí interiorem eſſe maiorem exteriori. Carol.

Si D. Eck in ſubiectis, huic concluſioni nõ contradiceret, nec hanc, nec ſequentes poſitiones redargueremus. At cũ lembum aduerſo flumine trahat, remiſſiſq̃ manibus poſtea retrolapſus ſit, & quo nõ uoluit ductus, addecet ut hoc arguamus, & id quidem comodius ſuis in locis, quantum breuitas admittet.

D. Eckij. II.

Quoniã interior pœnitentia ut cõmuniter eſt elicita a uolũtate exterior uero imperata elicite ſubſeruiens, modo imperans eſt excellentius imperato. Carol.

Actutũ chordam laxat, aperte dicens, pœnitentiã interiorem a uoluntate elicitã, hoc eſt uoluntatẽ interioris pœnitentiæ eſſe dominã uel potentiam productiuã. At ego nullam pœnitentiã modo ſalubrẽ a uoluntate elicitã, ſed dei donũ eſſe, & miſericordiã, ideo plus alijs feciſſe contendo, q̃d pater cœleſtis ei ardentem inſpirarit amorẽ, fuit equidẽ paupercula, etiã ſpiritu, ut uera dixerit Chriſtus, qui ait. Omnis plantatio quã non plantauerat pater meus eradicabit, bona ergo uolũtas ſuperni agricolæ eſt plantatio, bona etiã uoluntas eſt primũ germen oĩm bonorũ operum hoc germen p̃cedit alia ſecundum q̃ ſcriptũ eſt. Ante oĩa opera uerbũ uerax præcedet te, & ante omnem actũ conſiliũ ſtabile. Fateor ergo interiorem pniam eſſe meliorem, quia cor contritũ & humiliatũ deus non deſpiciet, q̃ ſacrificiũ deo ſit ſpiritus cõtribulatus, & interiorẽ præire opa exterioris pniæ iuxta illud. Mundate q̃ intus ſunt, ſed oĩa largiri, ſicut Eccleſiaſticus p̃miſit, & in his oĩbus deprecare altiſſimũ, ut diligat in ueritate uiã tuam. Ad literam aũt neſcio, quemadmodũ tuæ propoſitioni cõgruat hiſtoria duorũ minutorũ. At ſi ad uoluntatẽ uis referre, eundẽ ego tex. contra te itidẽ retorquebo, q̃ ideo cõmendata eſt mulier illa q̃ paupercula in ſpiritu ſine facultate ꝓprię uoluntatis fuit Bern. duo minuta corpus & animã ſignificare dicit. Tu aũt illud magnifacis, q̃ uoluntas elicit actũ pœnitentiæ, huic ego reluctor & teneo deũ eſſe boni uelle, & bonæ operationis authorẽ iuxta illud Ezechielis. Ego faciam uos facere, & illud Apli. Deus operat uelle &c̃. Fateor nos longe lateq̃ diſcrepare, poſtq̃ aũt mecũ interiorem pœnitentiã ideo eſſe magnam dixeris, quia dei opus, quia dei donũ eſt Andreas erit tibi mancipiũ, te uenerabit, te ſuſpiciet. D. Eckij. III.

Rurſus ergo uelut in prima annotatione. D. Bodenſtein intentionẽ uerborũ meorũ corrupit, & principalibus oĩno intactis, caudã appendicem adnotationis meæ ad mentem ſuã detorſit, ut ampliorẽ haberet calumniandi campũ. Car.

Quid eſt mi D. Eck q̃d inuolucrum ſtruis, fruſtra ante pennatorũ oculos, rhete iacis, dicis me tuæ ſententiæ corrũptorẽ, es ne reueritus lectorũ iudiciũ q̃ examuſſim, q̃q̃ appendere ſolent. Cur Caudã tuæ adnotationis appendicem nuncupaſti? putaſne hoies accipere poſſe, te p̃cedentium cauſam ſeu rationẽ (qua quę p̃iecta ſunt pendent) magis quã appendicem adieciſſe? quandoq̃ dẽ ſcripſeris. Eſt eni uoluntas in ania ſicut regina in regno, quis non cauſabit per iſtam caudã, rationem te p̃miſſorũ reddidiſſe? q̃d ſi adhuc reniteris, appendicem te magis q̃ rationẽ appoſuiſſe ſequentes tuę cõcluſiones tibi obſtant, ego uero tuã rationem attendens ſecurim ad radices poſui.

D. Eckij. IIII.

Volo ergo interiorem pœnitentiã eſſe bonam, & meliorẽ exteriori, quoniam exterior nulla eſt ſine interiori, & boni tatem ſuam habet ab interiori & deo. Carol.

Exteriorem pœnitentiã, immo generalius nulla bona opa exteriora deus reſpicit, niſi interiora ſint bona, ideo eni Saluator phariſæos redarguit, q̃ exteriora mũdabant, interiora aũt habebant plena imunditia, & ſubintulit. Phariſæe mũda prius quod intus eſt, ut fiat & id q̃d deforis eſt mundũ, qs ergo dubitat eſſe

exteriorem immundam: nisi interior pœnitentia sit munda, de hoc non disceptamus, sed de causa interioris pœnitentiæ, Tu dicis eam a uoluntate elicitam seu productã, ego dico eam esse dei donũ, dei opus, De interiori mundicia patet per illud, Cor mundum crea in me deus, & spiritũ rectũ innoua in uisceribus meis, ergo ego immundus & spiritũ non rectũ habens euntẽ, non aũt redeuntem, mihi spiritus est in malum uadens, & ex eo non rediens, innoua ergo spiritum rectum, & crea in me cor mũdum, hoc est uolũtatem mundam, aufer cor lapideum, hoc est uoluntatẽ durissimã, & da cor carneũ uoluntatẽ sentientem uulnera, a deo igitur petimus nobis interiora mundari, non nos elicimus seu pducimus interioris pœnitentiæ mundiciã igitur pœnitẽtia interior nõ est melior eo ꝙ elicita est sed ideo bona ꝙ a deo data

D. Eckij. V.

Nam quicquid faciunt homines, intentio iudicat omnes ideo si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi proderit, ait Apostolus, Interiora ergo pensanda sunt. Carolo.

Apud Aug. comperi, bonum opus, intentionem facere, sed intentionem a fide dirigi, atq; plurimũ interesse, cuius rei contemplatione facias, & uidendum quo fine facias, referre etiam quo animo agas, & ex animo quẽq; pendendum ad retributionem uel præmij uel pœnæ, & illud Matthæi. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus erit lucidum interpretari. Si intentio tua qua facis quicquid facis, fuerit simplex, hoc est, munda & recta aspiciens illud, quod est aspiciendum, omnia opera nostra, quæ secundum eam operamur necesse est bona sint, Fateor igitur intentionem inter opera externa discernere, sed quid hæc tuam adiuuãt sententiam, intentio illa bona opus est dei, nõ est producta a uoluntate, sed a deo in uoluntate inspirata, alioqui ille non sic peteret. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem, Et ad hoc propositum contra tuã illationẽ spectat authoritas Apostoli, quod charitas est, quæ operaẽ dilectionẽ dei, bonãq; intẽtionẽ, charitas em benigna est, patiens est, oĩa suffert, oĩa credit, oĩa sperat, oĩa sustinet, ergo non uoluntas, uides ergo ꝙ charitas per sanctũ spiritũ in cordibus diffusa, nõ uoluntas facit bonã intentionẽ, Possem aũt de illo dicto respondere iudiciũ nostrũ esse reprobatum &c.

D. Eckij. VI.

Compara ergo uoluntate ad potentias inferiores executrices, uerum esse uolui, uoluntatem esse in anima, sicut reginam in regno, quod ipsa imperet dominetur eis, quantumcunq; habeat a deo, ut imperet bene. Carol.

Bona uoluntas quæ dei donũ est, nõ quiescit in gratia cõcessa sed it in potentias dñi, Et fortitudinẽ suã ad deum custodit, Hieron. ad Ctesiphontem ita scribit, nõ mihi sufficit q̃d semel donauit, nisi semp donauerit, Ipsum meũ sine dei semp auxilio nõ erit meũ, ob id (& alia semel dicenda) dico uolũtatem etiã gratia adiutã egere oratione, ut q̃quomõ subigat carnẽ. Pro ingenioso

D. Eckij VII.

Mens est S. Augustini, quia deus corquerit, cor inspicit intus testis est, iudex, approbatur, coronator, sufficit ut offeras uolentem.

Scriptura dicit, homo uidet in facie, deus autem in corde, Item ipse scrutatur renes & corda, sed hæc quid tuæ opinationi conferunt? an ignoras deum esse, non lib. ar. qui dat cor nouum & spiritum nouum, qui facit bonam uoluntatem quam acceptat.

D. Eckij VIII.

Expressis uerbis id testatur B. Anshelmus, uolũtas est motor inquit in toto regno animæ, cui obediũt omnia, & Boetius ait duo sunt, quibus omnis humanorum actuum constat effectus scilicet uoluntas & potestas.

Maior est authoritas Hierony. August. Ambro. dicentiũ, Non est in potestate nostra cor nostrũ & cogitationes nostræ, & Hieremie. Non est in hoie uia eius, Item Apostoli. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, ꝙ si non possumus bonũ cogitatum habere, quõ alia habebimus, accedit ꝙ Christus dicit. Nõ uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in nobis, uide tu quod spiritus in iustis magis loquitur q̃ ipsi, quod cor regis in manu dei est quocunq; uoluerit inclinabit illud.

Falssimũ autem est, omnia obedire uolunti, nam caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & hæc sibi inuicem aduersantur, ut nõ quæcunq; uultis faciatis & ueꝝ est hoc, Non q̃d uolo (dicit iustus Paulus) sed q̃d nolo malum facio, nõ uult concupiscere, & caro concupiscit, nõ uult praua desyderia habere, & habet, & ob id habet grande cum carne bellum. Effectus quoq; humanorũ bonorũ

actuum quos misericordia dei facit humanos nequaq̃ sunt in nostra potestate, oramus ut deus det eos, oramus ut eos conseruet.

D. Eckij IX.

Consentit sacra scriptura, Deus ab initio constituit hoiem & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua, Si uolueris mãdata conseruare, cõserua, & in perpetuũ fidem placitã seruare, apposuit tibi aquã & ignem ad qd uolueris, porrige manũ tuã, pondera uolueris. Carol.

Sagax mortalitas ad circumscribendũ, nõ modo alios, sed & seipsam, Nectendo nodũ, exoluit, quod non uis mi D. Eck dicis, coniũgis nodũ & solutionẽ, sed & ut ad soles, scripturã tuo sensui repugnãtem assumis, Non attendens q̃d scriptura dicit, Deus ab initio constituit hoiem, & reliquit eum manu consilij sui &c. Si scripturæ ignorantiã dedignaris, uide aliam scripturã quæ exprimit quemadmodũ homo sit ab initio factus. Nunquid legis fecit deus hoiem rectum? Idcirco scripturã debes intelligere cum effectu ut scias quale initiũ homo habuerit, uidelicet q̃ rectum, Si rectũ: ergo cum prima gratia qua primus homo stare potuisset, si uoluisset, dabis ergo tibi hanc illationẽ plus nocere q̃ prodesse quoniã dabis gratiã li. arbitrio, hanc possibilitatẽ ad bonũ faciendum præstitisse, & non liberũ arbi. habere ex se potestatem eliciti uam, seu dũm in operibus, lapsum eñ ad bona ex se nõ redit. Recõde etiã q̃t operas effunderis ut rationẽ tuæ inuectiuæ (quã appẽdicem uocasti) adstrueres, utde aũt Aug. pro hac solu. hypo. li. iij.

D. Eckij X.

Ob id arbitror, b. Bernhardum liberum arbitrium potentissimũ dixisse, unde hoc quoq; ait, Tolle liberum arbitriũ & non erit quod saluetur. Carolo.

Tuis scripturarũ inductionibus facile insinuas, quam in intelligendis doctoribus habeas diligentiã ineptissime eñ eos allegas. Quod ex præcedentibus, & hac, & sequentibus conclusionibus scholasticis seu auditoribus Vuittenbergensibus, etiã iunioribus liquet. Nam cũ Bern. & ante eũ Aug. dicunt, Tolle lib. ar. & non erit quod saluatur, dicunt deũ in lib. ar. operari salutẽ, hic iustificationem, alibi gloriã, Et tu contra eorum sensum audes ex hoc dicto inferre pro cauda tuæ inuectiuæ lib. ar. esse potentissimũ, debebas ex intentiõe eos intellexisse & intulisse, ergo gratia dei est. potentissima. At tua illatio, Bern. in mille locis corrumpit, potissimũ quando de nostro nihil tractat, uerũ ut oẽs intelligant quid dicat Bern. eius subijcio uerba & sensum ex libro de gra. & li. ar. col i. Tolle inquit li. arbitrium & non erit q̃d saluetur (D. Eckius non attendit, Quod, sed forte pro Quod legit QVO, quia dicit esse potentissimũ) Tolle gratiã (idem Bern. continuo addidit) & non erit unde saluetur, hic potentiã exprimit, cum dicit. Vnde. i. nõ erit a quo saluet, quod si rides attende quod subiunxit, Opus hoc sine duobus effici non potest, Vno a quo fit, hoc est quod dixit, unde fit, Altero cui uel in quo fit, ecce demonstrat magis patibilitatem & susceptiuitatem, ut ita dicam lib. ar. q̃ eius actiuitatẽ seu potentiã faciendi, gratiã autem dicit salutem in lib. ar. operari, & ita loquunt scripturæ & Ecclesiastici patres, quos tuis ineptissimis allegationibus contemeras, contaminas, confringis.

D. Eckij XI.

Hinc Augu. ait, interest quemadmodũ uerbum procedat ex animo ream linguã non facit, nisi rea mens, & plura similia in decretis Canonicis leguntur. Carolo.

Hæc enodata est cũ conclu. v. huius ordinis. D. Eckij XII.

Hinc idem ait, Non est cõsiderandũ quid faciat homo, sed quo animo & uoluntate faciat, in eodem eñ facto inuenie/mus deũ patrem & Iudã, patrem benedicimus, iudã detestamur, diuersa igitur intentio facit diuersa facta. Carolo.

Futiliter nimis eadem toties repetis, nihil eñ hæc a dictis in v. huius ordinis cõclusione distare facilis est iudicij, Deberem quidem hæc silentio potius cõtemnere q̃ redarguendo magnipendere. At ut studiosis obsequar, dico diuini muneris esse q̃ recta cogitamus, & pedes nostros a falsitatẽ atq̃ iniustitia continemus, quotiens eñ bona agimus, bonoq; animo sumus, deus in in nobis arq; nobiscũ ut operemur operat. Aug. de uera inno. ca. xxij. cxi. Quantum ad opera attinet quę intrinsecus aguntur & qui timet pœnã, & qui facit iustitiam nõ faciunt contra mandatũ, & ideo pares sunt manu, corde dispares, similes actione, uoluntate dissimiles, de uera inno. c. cxliij. & cxviij. lege mi. D. Eck illum librum a principio ad finem, deinde de Scholasticis iudica.

D. Eckij XIII.

Stat ergo adnotatio Eckij pœnitentiã interiorem, ut q̃ sit

uoluntati in mediatior, præferendã esse exteriori, quamuis interior efficax, exterior efficiat, quãdo, ubi qualiter, & quõ oportet, sicut est in alijs præceptis affirmatiuis. Carol.

Hæc dicax conclusio præiecta repetit, & illud adijcit, quod de circũstantijs Scholastici cõminiscuntur, hic unũ ex Cassiano D. Eck quod ei & admirationẽ & sudorem adferet, proferre lubet, impossibile ait, est mentem bonis cogitationibus immorari, cũ principale cordis ad turpes atq; terrenos intuitus fuerit deuolutũ igitur oportet nos raptim a contemplatione uitiorum discedere quando fuerimus pestifera recordatione in huiusmodi cogitationes deducti, ne eueniat q̃d Solomon scripsit. Oculi tui uidebunt extraneos, & cor tuum loquetur praua, & eris sicut dormiens in medio mari & quasi sopitus gubernator amisso clauo, dices, uerberauerunt me, sed non dolui, traxerunt me & nõ sensi, Ille sunt uiæ quę apud hoies uidentur recte, nouissima aũt earum uenient in profundũ, Qua propter studendũ est nobis ut uirtutũ potius appetitu & regni cœlorũ, q̃ noxijs uitiorũ recordationibus nosmetipsos ad laudabilẽ compunctionẽ prouocemus, quia necesse est tamdiu quempiã pestilentissimis cloacæ fetoribus p̃focari, q̃ diu super eam stare uel cœnũ eius uoluere uoluerit. Eant nunc te cum tui patroni, fictores circũstantiarũ, qui animas sua doctrina peccatis magis immergũt q̃ eripiunt, Scio hæc prouocatura classicũ & truculentas uelitationes, sed susq; deq; ferã si ueritati obsecuturus aliquã præstare opem ualuero. Nec ignoro quid Scotus in scriptis & expolite. q. q. xviij. Tho. de malo. q. ij. ar. iiij. v. vi. vij. viij. & alijs, Deinde suus defensor Capreolus excoxerint.

D. Eckij XIIII.

Et ad sensum præfatũ, qui est proprius uerborũ, stat quid in fine adnotationis adiunxi, uolũtatem esse in anima, sicut reginam in regno, sicut A. Aug. inquit. Voluntas est mensura oim factorũ & meritorũ nostrorum, & alibi dicit eam imperare uiribus inferioribus. Carol.

Satisfaciunt tuis tricis quæ de intentione, bono animo, & alijs præiecimus, par est aũt ut nos doceas Augustũ ad tuũ propositum ea unq̃ dixisse, ut tu tibi ipsi uel honorẽ uel iustam cõfusionem subgeras, putas forte te lapidibus & stupidis plantis loqui?

D. Eckij XV.

Ideo B. Anshelmus in persona aliarum potentiarũ, loquit̃ ad deũ dicens. Dedisti nobis dñm, cui nõ obedire nõ possumus, Aristotelis adijcerem testimoniũ, uerum diuersarius opinator (ut audio) nihil fidei ei impendit. Carol.

Nunc̃q; Anshelmi authoritatem, meritis diui Hierony. æquabo, hic inquit, neq; mihi curæ est quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat, & ubiq; in Theologo detestatur argumenta philosophorum, immo isti, dogmata philosophorum uidentur primogenita Aegyptiorum, Ille idem in dialo. aduers. Pela. lib. i. ait, illud uero quod alio loco ponis, Omnes uolũtate, regi, quis Christianorũ potest audire. Si enim propria uoluntate reguntur: ubi erit auxilium dei? & quomodo illud exponis. A domino gressus hominis dirigũtur &c. Falsissimũ quoq; dixi uires sensitiuas, nõ obedire non posse, immo in iustis reluctantur, & impium captiuum ducunt. Cor homins bene disponit suam uiam, sed domini est dirigere egressus suos, Quando gressus hominis a domino diriguntur, tunc uiam eius uult scilicet dei, non suam, alioqui suam & malam disponit, ducitur a peccato in carne captiuus. Iudiciũ meum de Anshel. semel dabo, Nec dabo illum adeo in digeste elocutum, tametsi uideam eum absq; authoritate non pauca prodegisse, hæc sine iudicio.

D. Eckij XVII.

Quamuis autem clare posuerim adnotationem meam, tamen. D. Bodenstein quasi per capillos detorsit in materiam prędestinationis, adducendo omnia quæ sequuntur ad hũc finem, quod nulla sit ratio prędestinationis, sed omnia bona nostra sint a deo, quæ est cõmunis Theologorũ sententia, & latissime per Grego. Arimi. ad mentẽ Augustũ. dis. xxvij. ij. tract. & dis. xl. i. primi. Carol.

Scribimus indocti doctiq; poemata passim scripturarũ artem sanctarũ uerbosus sophista & uniuersi præsumũt, nec desunt qui adducto supercilio de sacris literis philosophant̃, sunt qui quadã uerborũ facilitate, imo audacia edisserunt alijs, quod ipsi non intelligũt, fallitur inermis diuersarius q; prædestinationẽ, operibus extraneam & impertinentẽ facit, ubi illud perpetua charitate te dilexi, ideo miserans attraxi te, ubi illud, Miserebor cui misertus sum, & misericordiã præstabo cui præstitero, ubi illud quos præ

deſtinauit uocauit, uocauit ut iuſticaret, iuſtificauit ut magnifica ret, ub illud creauit nos ad bona opera ut in illis iremus, ubi epiſtola ſi. & de Vo. om. gen. Ambro. ubi lib. Auguſti. de prædeſti. & gra. de bono perſeu. de prædeſti. ſancto. de correp. & gra. de gra. & li. ar. Item ad Simpli. & alij. Hæc ad præceden. & ſequẽtia.

D. Eckij XVII.

Plures tñ boni & ſancti Theologi rationem prędeſtinatio nis ſuo modo admiſere, ut Seraphicus doctor Bonauentura S. Thomas in ſcripto, Alexãder de ales, Henricus de Gãdauo, Thomas Argentinus, Gabriel Biel, Sylueſter de Prierio & alij quorũ in Chryſopaſſo memini, hi ſoluere habent pro maiori parte hic per. d. Bodenſtein inducta. Carol.

Fateor illos ſuo modo rationem p̃deſtinationis admiſiſſe, Ego aũt modum ac præfinitionẽ ſacrarũ literarũ, reuereor, amplector, exoſculor, Cæterũ quorſum attinebat mihi minime auaro negotiatori χρυσόπασον (quem μολυϐδόπασον ſeu πναγόπασον dei ope cõmonſtare poſſem, cum non difficili coniectura is mihi πναγίζειν uideatur) tot egregijs teſtibus obtrudere, facile mihi res bonæ ſine teſtibus uel natiua tantum facie probantur.

D. Eckij XVIII.

Neutrã tñ partem hic ſuſcipio defendendã, quid prædeſtinationis negotiũ ſit propoſito impertinens & oĩno extrarium, Vnde neſcio quo ſpiritu D. Bodenſtein tã impertinenter in hãc materiã excurrit. Si tñ placuerit ſibi uentilare hãc materiã in ſtudio eligendo, placet mihi poſitiões in ea dare, & ſup his reſpondere, aut reſpondenti opponere. Carol.

Priora prioribus telis occumbunt, poſtrema hac teſponſione indigent, me concredere, te eſſe diſputatorem, ſtatim dixiſſem clamatorem inexpugnabilem, qui in eodem certamine quando uis cæcutis, & quãdo uis Lynceo perſpicatior es, & Empuſa mutabilior, quod non difficile ſententias inuertere queas, quo fit ut tecum coram cõgredi uerear. Attamen datis impenſis ſi tuto ire licet in arenam tecum deſcendam, ſed ea lege ut utriuſq; & argumenta & ſolutiones fidis dictentur notarijs.

D. Eckij XIX.

At quamuis per eum inducta extraria ſint, & nihil adnotationi meæ facientia, breuibus tamen in præſentia percurrã ſuas concluſiones, ut morſus ſuos quibus me immeritum ſauciare nitur elidam. Carolo.

Acomodemus igitur literarum imperatori & aures & oculos ne fruſtra quicquam elabatur.

D. Eckij XX.

Fateor in primis uoluntatem in opere meritorio, nõ eſſet reginã, ſed pediſſequã in cõparatione ad Chriſtũ regem dominantem in bona uolũtate, quare omnia inducta de domino IESV ſuper uoluntate, me nõ impugnant. Carolo.

Attendite in cõparatione ad Chriſtũ &c. ait. Quid per hanc cõparationẽ intelligat infra explicabo, ne hic dicens coniector uociter, Poſtremo negat ſe impugnari per inducta, quibus concludimus, Deum, nõ uoluntatem, operatorem eſſe bonorũ operũ, & tñ in præmiſſis ſequentibuſq; ſatis eluceſcit D. Eck illud negare.

D. Eckij XXI.

Vnde ſecuritatem uoluntati in quibuſcunq; ſcriptis meis, nunq; promiſi, ſicut D. Bodenſtein mihi imponit, de quo plurimũ miror, ſed uideat ipſe, ſicut Apoſtlous admonet, qui ſtat nec cadat. Carolo.

Securitatem (rebus dictantibus de quibus contendis) uolũtati te promittere docebo. Authoritas qui ſtat uideat me cadat, non cõcludit pro facultate ſeu potentia uoluntatis, ſed magis ſi bene intelligit infert q̃ non ſtamus uolũtate noſtra, ſed dei gratia, hoc eſt uolũtas bene ſtat per dei gratiã, nõ per ſe, itaq; poteſtas & actiuitas gratię dei tribuit, qui enim ſtat, dño ſtat, potens eſt em̃ deus ſtatuere illum, uoluntate, ſua cadit, qui cadit, uoluntate dei ſtat, qui ſtat. Ita ergo accipe, quiſtat, uideat. i. timeat, tremat ne cadat, uis ſcire cauſam, audi quia domino ſtat, hoc alibi ſub alijs uerbis docet Apoſtolus, cum timore & tremore dicens, ueſtrã ſalutem operamini, quare cũ tremore audi, quia dñs deus operatur uelle & operari, Authoritas ergo adducta contra te facit, niſi D. Eck intendat probare q̃ bonum opus non eſt uoluntatis, ſed dei opus.

D. Eckij XXII.

Et multo falſius eſt q̃ dicit me ignorare, pœnitentiam eſſe donum dei, qui dudum (non a D. Bodenſtein) ſciuerim q̃

non est uolentis, neq; currentis, sed dei miserantis, sciuerim q̃d cuius uult miseretur, & quem uult indurat, sciuerim q̃d nemo uenit ad eũ. nisi pater cœlestis traxerit eũ. Quod iusti tiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatæ mulieris, quod nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum ma/ gnam misericordiã nos saluos fecit, quod etiã facientes ad/ huc debemus dicere, quia serui inutiles sumus, quid nõ pos/ sumus aliquid facere ex nobis, quasi ex nobis, cum infinitis similibus, quare miror de. D. Boden. eum ita metiri ad cal/ culum quid nouerim, aut quid ignorem, quamuis non pos/ sim institiam meam non fateri cum Propheta ad deum cla/ mans a a a Domine nescio loqui. Carol.

D. Eck dicit se nescire loqui, & tamen magnã conclusionẽ co aptat & scripturas scire quas inducit profitetur, miror de eo qui sciuerim similes habere labra lactucas & Scholasticos suos docto res scripturã summis naribus olfacere, miror q̃ se scripturas scire iactat, qui nouerã illud nõ esse scripturã scire eius authoritates ad alienũ sensum trahere, at eius uim & potestatẽ tenere, ut aũt co/ gnoscat hãc cataphractã conclusionẽ nihil sibi prodesse, infra ad cõclusiones sequentes eius munimenta trãsferenda decreueram ubi has authoritates cõtra allegantem tanq̃ Goliæ gladiũ extor/ quebo. Oblitus est. D. Eck q̃ p̃destinationẽ operibus bonis im pertinentẽ & extrariã fecit, Qui hic pœnitentia, nõ unam tantũ authoritatẽ qua scriptores prædestinationes utuntur congessit.

D. Eck XXIII.

Dehinc Hieremiã adducit diuersarius ut cognoscã confu sionem meã, iterũ mihi imponendo q̃d nunc̃ cogitaui, quo libere cõfiteor nunq̃ fieri aliq̃d bonum opus meritoriũ sine specialia assistentia diuinæ gratiæ & misericordiæ. Carol.

In conclusione mea. cxlv. Hieremiæ authoritatem, dicentis. Conuerte me domine & conuertar. assumsi, ut ea cõprobarem conuersionẽ nostrã dei non nostræ uoluntatis esse factũ, itaq; di/ uinæ misericordiæ donum, Hanc sibi non obstare. D. Eck ait q̃ & ipse fateatur, nullum bonum opus sine speciali assistentia gra tiæ dei fieri, & uociferatur me ei imposuisse quæ nõ cogitauerit. At me nihil imposuisse ei, sed suam sententiam confutasse, facile iudicabitis, qui hanc eius conclusionem lectitatis. Quin edicat manifesto, gratiam uoluntati assistere, ut facit bonũ opus. Quid aliud edisseritẽ q̃ q̃ gratia non operat̃, sed uoluntati operanti as/ sistit, aliud est assistere operanti, aliud operari. Ponit etiã assisten tiam gratiæ specialem &c. possem hic sensa scholasticorum, & referre & refellere, sed in primitijs uberior campus datur.

Ad rem. Si gratia uolũtati ad facienda bona opera assistit, seu auxiliatur intantũ, q̃ uoluntas sola non sufficiat, ut iuste recteq; uiuat, nisi adiuuetur misericordia dei, sequit̃ indubitanter iuxta Augusti. sententiã, igitur non est miserentis dei, sed uolentis est hominis, quia misericordia dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ uoluntatis addat̃ (hoc modo & male cõtrouersarius no ster mutabilis conclusionem sequentem subiecit) sed manifestũ est frustra nos uelle, nisi deus misereatur. Deũ uero non frustra misereri. Si eni deus misereẽ uolumus, porro bona uoluntas nõ præcedit uocationem, sed uocatio bonã uoluntatem præcedit, igitur non est ideo dictũ, non est uolentis neq; currentis, sed dei miserentis, quia nisi eius adiutorio uel assistentia, nõ possumus adipisci quod uolumus, sed ideo q̃ ipse operat̃ in nobis uelle & operari. Fortasse obmurmuras per authoritatem. Multi sunt uo cati, pauci uero electi. Videant nodũ cordati lectores penes Au gust. ad Simpli. lib. i. q. ij. M. N. & demũ pilam alteri nostrã dent

D. Eckij XXIIII.

Vnde in hoc negotio (q̃d est proposito nostro extrariũ) semp iudicaui rectius sentire eos, q̃ deo dant quod est dan/ dũ, & lib. arbitrio dant, q̃d est dandum, & ut uerũ sit, addu co diuersario eundem Hieremiã, Si conuerteris, conuer/ tam te. Item Zachariam. Conuertimini ad me, & ego con/ uertar ad uos. Item Ezechielem. Cõuertimini ad me & agi te pœnitentiam &c. Caroloſtadij.

Quã polite hanc conclusionem supra uicesimẽ ordinis huius copulat miro fuco q̃d fassus est corrumpit, discernite an illud sit uoluntatẽ in bonis operibus pediſſequam constituere: Si initiũ & exordiũ bonæ ad Deum conuersionis uoluntati reputamus: Quid ergo lib. det arbitrio: & quid deo: doceant nos testimo/ nia per eum adducta: ex eis eni colligimus quod sentit, libero ar bitrio tribuit illud. Conuertimini ad me, ecce principium & ini tiũ bonæ conuersionis uoluntati adscribit. Sed quid deo: & ego

conuertar ad uos, quid hoc est aliud, secundū inductionem Eckij quam deo posteriora & supplerionem conuersionis deputare? quid tandē Deo tribuit? nisi pedissequam opus. Nam Deum expectare nostrā conuersionem edisserit, & adhuc effectum illam induxit authoritatem, Pœnitentiā agite, Vbi ergo præcedit Christus? Vbi tuum Sybillæ folium quod nobis in. xx. conclusio. recitauerat? Ad quid authoritates aliæ per te inductæ, scilicet nō est currentis &c. & similes allegantur? Quā atrox autem crimen ad miseris uideto penes August. ad Bonifa. contra duas epistolas li. ij. ca. ix. Item de Ecclesiasticis dogmatibus. c. xliiij. plura prolaturus si hæc tibi citata non sufficere cognouero.

Ad rem, possem magnopere tuā amentiā adiuuare & fucare si uellem, sed absit ut ueritati tibi adulando repugnē. Testimonia tuo proposito non solū incongrua, sed etiā repugnātia te assum psisse indicabo, sed breuiter & perfunctoriæ. Authoritas Hie. Si couerteris, conuertā te secundū Hiero. expositionem, non est ad propositū, dato q̄ si ad propositū, Propheta Hiere. in sequentibus expresse, & lucide explicat cōuersionem nostrā ad deum, nō esse in nostra, sed dei potestate, nimiq̄ ait. Conuerte me D. & conuertar, quia tu d. Deus meus, Quo liquet etiā initiū conuersionis bonæ esse dei donū, hoc uerbis sub alijs & fortasse explicatius in sequentibus docet, cū dicit, Ego conuertā conuersionem Iuda &c. ex quibus patet, diuersariū perperam tribuisse uoluntati, quod illi non est dandū. Ita quoq̄ de testimonio Ezechielis sentiendū, qui scripsit itidem. Ego conuertā conuersionem uestrā, qui idem postea exegit conuersionē, dicens, cōuertimini & agite pœnitentiā. Vide Augu. de gra. & li. ar. c. xv. xiij. & alijs & mutesce. Scriptura præcipiens conuersionē cordis ad deum, quid a deo petendum sit docet, ut dicamus, Conuerte nos deus salutaris noster.

D. Eckij XXV.

Quare ad oēs auctoritates pro utraq̄ parte inducendas insignis, Augustini resolutio sufficit, quam qui non habet, facile inter saxum & sacrum periclitatur, hoc enim est artis reddere singula singulis. Carolo.

D. Eck inter sacrum & saxum positus saxum cōfodit expirando sacraq̄ prophanat, Reddit autem singula singulis corruptioni corruptionem, miserie calamitatem, sanctas lacerat scripturas sanctos commordet Ecclesiasticos, non possum æque hominis impudentiam admirari quod Augustinū non semel tantum adeo aduerse citat, clarus est August. de pecca. me. lib. ij. ca. v. atq̄ alijs locis ubi docet præceptis dei nos instrui, ut a domino petamus quod nos facere iubet, da quod iubes deprecantes.

D. Eckij XXVI.

Fateor ergo Deū dare pœnitentiā homini, sicut etiā fides est donū dei, modo nos hoies fragiles nō contemnamus eā accipere, quare frustra multiplicat D. Bodenstein allegationes, nō in cōcludentis modū, sed argmentantis. Carolo.

Deus nō eget præparatorio assensu, Nam si faciat conuersionē, facit assensum, tollitq̄ contemptū, Quid ergo dabis uolūtati nihil, nisi ut recipiat, In fine amborū stilum uulneras cōmunem.

D. Eckij XXVII.

Quando uoluntas dominat in anima uiribus inferioribus sine Christo per difformitatem uolūtate diuinæ, malos profert fructus, nisi em̄ adiuta fuerit gratia dei, nihil profert nisi tribulos, ideo piculosum est, uolūtatem nō regi a deo. Ca.

Quid est q̄d sacram scripturā tot limitationibus constringis, quasi li. ar. non sit absolute a Christo, & deinde Apostolo, sed & prius a prophetis post lapsum descriptū, De corde exeūt, ait Christus, cogitationes male, hic uolūtatem nō restringit ad potentiarū imperiū, Deinde quid pertineat ad cogitatiōes malas adūixit, adulteria, furta, blasphemiæ &c. & Apostolus inquit. Caussati sumus oēs sub peccato esse, sicut scriptū est, quia nō est iustus quisq̄ nō est intelligens, nō est requirens deū, oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonū, non est usq̄ ad unū, Sepulchrū patens est guttur eoꝝ, uenenū aspidū sub labijs eoꝝ &c. hęc absolutius uolūtatē sine gra describūt, tua uero limitatio coartat.

D. Eckij XXVIII.

At cum D. Iesus per gratiam suam regit uoluntatem non aufertur eius dominiū supra potentias inferiores, immo soli datur sicut iustitia originalis plenam fecit obedientiam uiri um inferiorum ad rationem. Carolo.

Christi gratia eripit de potestate tenebrarum & transfert in regnum lucis, euocat de tenebris in admirabile lumen, & adducit ad deum aufert ergo malū, confert nouum dominū, imo ante

gratiã uoluntãs nullas potentias bene tegit. Miror D.Eck, non erubescere q̃ toties inutiliter eadem repetit, & chartas floccis dignas facit, quas precibus Ecclesiæ subducit.

D. Eckij. XXIX.

At q̃ me iudicat D. Bodenstein, prosternere preces in iustificationibus meis, deus nouit, cuius misericordiæ nõ est numerus, quã seruus inutilis sim, utinam me faceret cũ filio prodigo, sicut unũ ex mercenarijs suis. Oret tamen D. Bodenstein, cum alterum iudicauit, ne ipse quoq̃ iudicet. Scio enĩ oratiões meas esse nullas, nisi deus faciat esse aliqd

Ex conclusione tua. xxiiij. liquet quid Deo, quid uoluntati adscribas, bene tamen facis, q̃ ista q̃ defenderas tanq̃ impia iã execraris, si recte oras, confitere palã, te non posse incipere rite orare nisi deus initiũ orationis, ac totam seriem inspirarit secundũ, q̃ Hiere scribit. Reuelabo illis deprecationem pacis & ueritatis, dissident aũt dare uoluntati actiuã eliciendi orationes potestatẽ, & fateri orationes esse nullas, nisi deus eas infuderit. Lubenter tamen deũ tecum deprecabor, q̃ nobis non arguta sophismata, & cornutos syllogismos, sed suum uerbũ reuelet. D. Eckij. XXX.

Deus facit misericordiã in terra &c. Dicit D. Bodenstein me nõ posse accipere de misericordia, qua deus misericors est, cui ego utens ratione respondeo, me accipere sensum cõmunem, quem Petrus Longobardus post A. Augustinũ tradidit. Deus facit misericordiam, cũ effectus misericordiæ ostendit, ut est miserorum & calamitosorum liberatio, quicquid sit de sensu per eum dato. Carolostad.

Satis clara est sententia mea & Augustino semper approbata ex quo eã cœpi, cũ legimus, tu es misericordia mea, dixi esse intellectũ, hoc est, tu me facis misericordem, facis ut misericordiã efficere queam, contrauersarius sæpe Augustini, & nihil ad rem prouocat. Nec tamen alterũ sensum reieci, sed authoritatis additæ posui. D. Eckij XXXI.

Si per opera misericordiæ intelligit D. Bodenstein, sicut iam habet cõmunis populus Christianus Theologorum, quæ misero proximo impenduntur, nego quod illa sola remuneret, at ipse illo fortasse loquitur sensu, ut opera misericordiæ, quæ nõ nisi dante misericordia eius operamur, remunerent, sententiam tunc teneo, sed linguã ut Aug. iubet corrigo. Vti enim Fortunatianus ait. Vtendũ est uerbis sicut moneta publico signo notatis. Carol.

Audet sacrarũ literarũ lupus. Aug. citare ad hoc propositũ, q̃ usus loquendi in theologia p̃ualeat cõtra sacras literas q̃ falsum & horrendũ atq̃ detestabile sit hoc eius dogma facile illi cognoscunt, qui ea quæ de usu supra cõmemorauimus legunt, & illud q̃d non scribit. Beatus uir q̃ in usu corrumpentiũ scripturas die ac nocte meditat, sed beatus qui in lege domini meditabitur die ac nocte. Vbi humilitas illa tua quã in conclu. xxix. præiecerat: non potes mihi palpũ obtrudere, nec euadere quod festiuiter in iambico est ἐκ τῶν περίσσα καρδίας λάλει στομά. D. Eckij. xxxij.

Bona opera sunt quodammodo in potestate nostra, quo dãmodo non sunt etenĩ merita & demerita uoluntaria, ut in prædestinationis materia late discutitur. Carol.

Hæc conclu. quicquid in xxij. & xxvi. ac. xxix. huius ordi. boni posuit, fiat, adfirmas aũt ea quæ uariando negasti, uidelicet opera bona esse in potestate uoluntatis. Cur ergo dicis orationẽ esse nullã eam nisi faciat aliquam Deus: Si bonũ opus partim est in tua potestate, pro illa parte, est aliquid, etiã si deus nõ fecerit aliquid, adiuuabo aũt fratrem hoiem per illud. Voluntarie sacrificabo tibi coniungendo hoc. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, illis tu copula. Nemo uenit ad me nisi pater traxerit eum, & illud. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis, uidesne uoluntariũ sacrificium dei esse munus: ergo non in uoluntatis nostræ facultate: inferto sub iniustitia nostri sacrificij est sicut pannus menstruatæ mulieris. D. Eckij. xxxij.

De Collectis quas credit se inducere contra Eckiũ dico, id oro, id toto corde deprecor, quod sancta mater Ecclesia orat, ut omnium timentiũ deum me participem faciat deus Quare uir grauis & maturus theologus, non debet paupere conseruũ suum uincire, & enormia crimina spiritualis superbiæ ei imponere. Deus nouit abscondita cordis. Satius est ut D. Bodenstein & ego oremus pro inuicem, ut saluemur, ut illustremur, ut adiuuemur, quod D. Opt. Max. faciat. Carolo.

Si cū Matte Eccleſia toto corde oras, q̄ cauſas q̄ tā impertinen ter eius preces tractas? quæ pietas? q̄ collectas male excipis. Ad morſum, in ſacris ſcripturis diſſimulare, impietas eſt, poſtremo lubenter tecum orabo ut illuſtremur ut ſaluemur, ut & tu ad Ec cleſiaſticos relictis ſcholaſticorum argutijs, tranſueharis.

D. Eckij. XXXIIII.

Quāuis bene egeā doctore, ab anniculo etiā puero cū A. Auguſtino, paratus doceri, tñ q̄ D. Bodenſteiu, hic uult ex Ezechiele docere, dudū noui, in alio laboret, & diſcat parcius de cōſeruo loq, quā temere ei errorē imponere. Nā & ipſe ſequētes oīones cū eccl'ia & ipſo porrigo ad deū, det deus ut deuote porriga

Morſus es mi chariſſ. frater D. Eck, ut Pſyllos Ec (mus. Cacleſiaſticos diſquiras. D. Eckij XXXV.

Ratiocinaꝝ dein Eckiū non debere ponere ſpem in ſe & uolūtate ſua, placet mihi, nō enī pono ſpē i me pauprimo homūculo Sed iactaui ſpem meā in dñm, qui deducet me & enutriet me. Ego tñ ſubſumerē in minori de D. Bodēſtein, & poſtea abijcerē ſibi illud turpe eſt doctori &c̄. de ſequētibus ſentio ut dixi. Car.

Voluntati actiuitatem In bonis tribuere operibus, eſt ſpem in hoīe collocare, contra aūt, omnem potentiam in deū, a uoluntate tranſferre, eſt ſpem in dominū iactare. Sed nec ego hoc me facere iacto. At deo ut faciā facienti ſupplico. D. Eckij. XXXVI

De ego & nos, nr̄o & ꝓprio ſentio iuxta p̄dicta, quoniā bona opa dei ſunt & nr̄a, dei bona & merita noſtra, dedit enī nobis illa deus, ut his mereamur, ſicut S. Petrus dixit. Ecce nos reliqmus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo nobis, q̄d ergo nobis erit præmij quem D. noſter Ieſus ob uoculam nos, non redarguit, quamuis diligentiſſimus præceptor. Carola.

Ambroſius magnæ Dei miſericordiæ reputat, q̄ Deus ſua opa nr̄a facit merita. Et ob id oīa relinquēti & ſeſe ſequenti uitā æternā polliceꝫ & dat quā. S. Petrus nunc in reqe accepit æterna. Porro mi dulciſſ. D. doctor tibi plurimū congratulor obſecuturus, ꝓ mea uirili q̄ in hanc defluxeris ueritatē, uidelicet merita nr̄a bona, nō ex nr̄a pendere facultate ſeu potētia, at illa ex deo prorſus effluere, q̄d ſi ſentis, utiq; negabis, & pniam actiuā & potentiſſimā uoluntatis libertatē, imo adfirmabis merita nr̄a non eſſe in nr̄a ptāte, cui peroptime aptabis. Ego dixi in abūdantia mea nō mouebor, & tu auertiſti faciē tuā a me & factus ſum cōturbatus &c̄. Hanc concluſio. hoc ſenſu colo, extollo ac tanq̄ dictū ex Tripode effuſum ſuſpitio. D. Eckij. XXXVII.

Ideo meritis & interceſſionibus ſanctoꝝ adiuuari in collectis petit Eccl'ia, q̄d ſi more. D. Bodenſtein uellē collectas noſtris defenſionibus ſubſcribere, nouerūt oēs ſacrificuli ſacerdotes, quā poſſem hic cōgerie facere. Eccl'ia in hmōi collectis rogat deū ut ſua dona, ſua uel opa clementer reſpiciat, non q̄d nr̄a merita q̄ nos effinximus illi placeāt, unde orat ut cuncta nr̄a actio ab ipſo inciꝑiat, & ꝑ ipm finiaꝫ. Si ita intelligis bene nr̄a merita, & ſecundū Hiero. Aug. & Gre. accipis. Sin aūt ſecius q̄tū ad uolūtatis potentiā elicitiuā renitor. Parco aūt tibi ꝓpter conclu. p̄cedentē, alioq̄ clamarē ad S. in Chriſto P. & D. nr̄m D Leonē diui. pui. Papā. X & q̄rerer te ſuas oīones ſanctiſſimas nihili pēdere &c̄. Proinde collectis ſeu p̄cibus Eccl'iæ ob id, q̄ tu tuiq; ſiles cōfeſtim ignes ab iſtis diſcrepāti ſentētijs minitamini, utor, & ut Ro. Eccl'i. me nec nouas, nec incōſuetas, at ꝑ uetuſtas & cotidianas meditari doctrinas ſciat, atq; demū non modo non cremet, ſed materna clementia aduerſas collectaꝝ inpugnatores noſtros tutetur, tu morde ſi licet, uel amplectere. D. Eckij. XXXVIII.

Cū facere q̄d in ſe eſt, ꝓbatiſſimoꝝ Theologoꝝ ſnīa, ſit remouere obicē & impedimentum gr̄ę, nō dabo, q̄d qui facit q̄d in ſe eſt, faciat, q̄d deo diſplicet. Cū cōmuni Theologoꝝ maxima. De Iuxta improbatoꝝ Theologoꝝ (us nūq̄ deeſt faciēti q̄d i ſe eſt. ſniam facere q̄d in ſe eſt, nedū eſt, tollere obijcē & impedimentū gratiæ, ſed etiā ſe ꝑparare ad gratiā. Veꝝ Eccl'iaſticoꝝ ſnīa (uerba ſunt Ambroſij) Hoc deus amat in nobis q̄d ipſe fecit, & hoc odit q̄d ipſe nō fecit. itē uolūtas mutabilis, q̄ non regit̄ a diuina uolūtate tāto citius appropinquat iniqtati q̄to acrius intēdit actioni. Hæc tibi ſuut inducta in conclu. clxxxiiij. Itē ex Aug. nōnulla intuli in conclu. clxxxviij. & ſequē. ſuꝑ ſcripta, q̄ tu noluiſti lectitare ne cōfundereris, adijcio tibi & illa q̄ cōſcripſit idē de uera inno. cxxvi. ubi dicit. Si hoc in nobis eſt q̄d ipſi fecimus inde damnabimur, illa & alia legas, & deinde obmurmura ac tuos patronos magnipende, non patiar te cauillari. Si ſummo ſaltē digitulo citata attigiſſes, non tanta impudentia debachareris, nec a concluſio tua. xxxvi. deſultaſſes. D. Eckij. XXXIX.

Anathema ſit inq̄t Hiero. ſi q̄s dixerit Deū obligaſſe hoīem ad ipoſſibile, vñ deus qui uult oēs hoīes ſaluos fieri, eximenſa ſua clementia nūq̄ deeſt homini niſi homo deſit ſibijpſi. Carol.

Legem impoſſibilia homini, non Deum, præcepiſſe, in primitijs noſtris, & quemadmodum Hieronymus non tā incocte

sit accipiendus scripsi, cæterum ultimam huius conclusionis periculam ut concedam concu. ccclxxij. ccclxxxix. habet.

D. Eckij XL.

Ad q̃ bonus actus quo ad totã entitatem suã sit a deo, non recipio, sic q̃ uoluntas se habeat mere passiue ad ipsum, sed arbitror uolũtatem creatam esse causam secundã & minus principalem boni actus, quamuis hoc ipsum agere habeat a deo, ideo sancti dicunt actũ bonũ totum esse a deo. Car.

Flagellũ parat q̃ uapulabit, & prim a Scotino succo degenerat

Ad rem, Temerariũ nimis esse scribit Ambro. in epistola finali in quadam parte actionum bonarũ egere deo, in quadam uero non, Sed de hac & August. sententia amplius in primicijs.

D. Eckij XLI.

Alioqui non uideretur quod bona opera. S. Petri plus essent eius q̃ S. Lini, immo nullus diceretur mereri, quia nihil egisset cum tamen constet unũquemq̃ recepturũ uel bona uel mala secundũ quod in corpore gessit. Carol.

D. Eck certe nõ uidet q̃ ipse supra cõpilauit ac ostendit se uocẽ suã præcentori coaptasse promicasseq̃. Nõ intelligit quõ pecunia in suo marsupio recõdita plus est iſtius q̃ huius erumnæ pecunia.

Ad rem, meremur & agimus ita quod potius agimur, Deus enim mouet &c̃. & munera sua coronat.

D. Eckij XLII.

Quod uero Scotum & Capreolum taxat &c. Carol.

Multas inanes & magnas congeris conclusiones &c̃.

Cõclusiones tertij ordinis, propter calcographi nostri impedimenta, adnotatiunculis in librũ de Spiritu & litera reseruo, q̃ pro sua magnificentia tum cõmodius, tum uberius uel tractari uel refelli possunt, imo debent, enauigant quidã illæ de aspero chartophylatio, & tandem muccũ, extemplo emungendũ, subuectant

Reuerendo D. Ioanni Vuortuueino Germanici ordinis, S. Ioannis Herbipolitanæ domus patrifamilias Patrono iucundissimio Carolostadius S.

Adnotationes quas festiuiss. mi patrone in magnificas D. Eck nostri controuersarij conclusiones perfunctoriæ celeriterq̃ subiecj, iudicandas tibi submitto, at eo studio, ne dimoueris a recto, q̃ ab opinione scholasticorũ (ut aiunt) theologorũ subtractus, modo illorum defensoribus, & rursum nostris impugnatoribus negotia exhibeam, porro melioribus imis præcordijs gustatis, quis me ab opinaciunculis scholasticorũ perperam delciuisse insimulabit? & qui me reprehendet? quod doctiss. hominũ egregia monumenta pro ineptijs, nænijs, nugis, amplector? quis hunc conatum saltem non attollet? q̃ studiosis sacrarũ literarum syncerum odorem, succũq̃ puriss. cõmendo? suadeoq̃? & quis mihi (si impeditores & sanctæ scripturæ discerptores diuello replecto, uicio dabit? Quo circa quando diuersarium clypeo insurrexisseq̃ telo, scripturã & mordere sacram sub nomine nostro, cognoui, scuti camq̃ manu, depictaq̃ lora arripui, armaq̃ confestim obtendi, obnitor, nec in alieno negotio depugno. Nam sacrosanctæ scripturæ (quã diuersarius misere tractat) uindicandæ oĩa deniq̃ & singula hæc molimina cõmanicipaui, qui in scripturæ defensionem spiritũ hunc exhalandũ iureiurãdo obstrinxi, quibus & alia propriũ facientia negotium accedunt, uidelicet, q̃ D. Eck Ecclesiæ præces nõ modo contẽnit & sacrificulis dignas facit, sed etiã si quando eas egre admittit in peruersum sensum detorquet. Ap. Se. clamtestinis aduorsum me blandicijs sollicitat, fratrẽ conuentus irrrogatis uelut ex hoc calamo iniurijs incitat, Postremo in cœlũ quicquid uult licenter expuit, homo summo opere gnarus depugnare, q̃d illum nõnulli fœlicius uiridi incensa lauro coram hoste & cominus posse assequi aiunt, quibus inconstantia suarũ conclusionũ ac mutabilitas subscribit. Idcirco has adnotationes breuissimas obflexi, acuratius & copiosius in alijs libellis illi obluctari mihi constitutũ est, ut ille propediẽ intelligat nos plus sedecim pedibus distare ac acre Mineruę suffragiũ uel expetere, uel nihilopendere. Tu igitur hæc paucula capesse & hac noua occupatione a frequentibus animum laboribus semel remitte atq̃ instaura, mihi faue & fœliciter uiue, Dataæ Vuittenbergæ die Exaltationis S. Crucis. Anno. M. D. XVIII.

Ad eruditum. D. Ioannem Eck.

Accipe doctiss. mi Eck nostras in tua & primi & secundi ordinis axiomata. adnotationes, quas nimirum, q̃ primũ ista meas in manus uenerunt, edere cœpi, Tu idcirco animũ ad Ecclesiasticos diligenter appelle, Proinde hæc nostra impietatis quicquid (quod absit) subollent refelle profecto mẽopte Marte præcellenti cędam, festinationis aũt ueniã postulo, Vale in Christo fœliciter.

SVMMA EORVM, QVAE HAC EPITOME iucundiſſima ſimul & utiliſſima, pijs ſane hoibus continentur.

Iuſtificatio impij, & mortem, & reſurrectionem complectitur. Caput primum.

Mortificatio impij, eſt iuſtificatio. Caput ſecundum.

De tribus mortis generibus. Caput tertium.

Mortificatio peccatorꝝ, deductus ad inferos. Ca. quartum.

Correptio & dolor pœnitentis ad gratiam referuntur. Caput quintum.

Prima impij conuerſio, lætitiæ nihil, doloris plurimum habet. Caput ſextum.

Contritionem nõ uoluntas, ſed deus efficit. Ca. ſeptimum.

Quonam pacto deus primam impij conuerſionem operetur. Caput octauum.

In hanc primam hominis conuerſionem, iudicio & ueritate deſcenditur. Caput nonum.

Pſalmi, Domine ne in furore, breuiuſcula interpreratio, quo pœnitentis gemitus explicatur. Caput decimum.

Qui ſeminat in lachrymis, in gaudio metet. Cap. undecimũ.

Dictorum in Epitome, Epilogus. Caput duodecimum.

ANDREAE CARO LOSTADII IN EPITOMEN SVAM, AD expertum famigeratumque Medicinæ Doctorem, Simonem Piſtorium, eiuſque filios Simonem & Chriſtophorum, alterum utriuſqꝫ iuris, alterum Medicinæ titulo inſignẽ, patronos ſuos, præfatio.

DEi ueritas quotidie me perurget. Eximij Doctores, a neoterico hoc Theologorũ genere, prorſus deficere. ſed conſulto & carptim, ab illis me ſubducere plane decreui. Quippe, qui in meris argutijs, tanꝫ ad Syrenæos ſcopulos, cõſeneſcunt, qui nihil recipiunt, nihil probant, niſi nouã ſtrophã redoleat. quiqꝫ ſolũ illud mirantur ꝙd propius intuenti, ut Magiſtralis propoſitiũcula occurrit. Illi enim ſuum Monſtrũ parturire, quã Quæſtionẽ uocant. Silenum inuerſiſſimũ. cui nimirũ caput, corpus, cauda, neſcio an etiã pedes ſint plurimi. Illi, ſi quid diſcrepare, aut ſaltem nõ per omnia ſuis corrudere uiderint, ceu plebæũ contemnunt, ac ueluta Chriſtiana, quia ſua pietate degenerans, non obſcuro claſſico proflant, elimi nant, & contemnãt. Porro, ego nunc ſecundũ annum, non ſine ſudore, ſed in credibili uoluptate, in Eccleſiaſticis ſcriptoribus abſumpſi, & nõ in uno loco Scholaſtici (ut uocãt) Doctores, quos olim publice in florentiſſima Academia noſtra Vuittenbergenſi magna quidẽ opera, ſed infœlici (quemadmodũ nunc experior) euentu, docui & tutatuſſum, ſacram ſcripturã inepte adſciuiſſe, atqꝫ in diuerſum, imo ſi fas eſt ueritati ſubſcribere, in contrarium repugnãtem ſenſum detorſiſſe, cõperi. Confeſtim igitur, quem admodũ ab opinatiunculis illis portentoſis olim me ſubtraxi, ita quoqꝫ ab eorum præſcriptis ſeu formulis quæſtionarijs, in quas cõſpirarunt, me ſubducere conor. excompoſito tamen, ne offendam. Quo fit, qꝫ allegatis concluſionibus rem propoſiturus, perpetua oratione connixus, primũ egredior. Stilum aũt potiſſimũ abſtinere curabo ab his, quorũ nutu renutuqꝫ rerum ſumma pendet. quoꝝ uoluntate, dubioꝝ finitiones proferuntur, pugnantia pacantur. abſit, illos irreuerenter montes tangã, quoꝝ fumo proximus ſẽmꝑ eſt ignis. At quid hoc elogio uociferor, cui nec tantum elegãtiæ datum eſt, quantũ ſuſtinendo ſolum literarum negotio ſufficiat? Verum, non nihil creſcit animus, quod mei ſimiles blaterabunt, hoc eſt illi, qui malos ter male effutiunt. qui, ut ego olim. Nænias obganniũt, barbariemqꝫ deoſculantur. Dei igitur ope confirmatus, tibi filijſque tuis Simoni ac Chryſtophoro & humanis & eruditis uiris, de impij iuſtificatione (quã pœnitudinem, ad inferos deductum reductumqꝫ, nõ abs re quis dixerit) Epitomen, nõ concluſionibus, ſed authoritatibus ſeptam, inſcribere conſtitui. quo omnes plane intelligant, cꝫ tibi liberiſque tuis gratificari ſtudeam. Sed rem fortaſſe diſputatu, tum difficilem,

tum periculosam, semper tamen utilissimam breuius hic & coactius perstringam, alicubi fortasse copiosius explicaturus, quo paulo cautius muniri, paulo accuratius distingui queat. Exordior igit. Patroni iucundissimi, contritionem Scholasticam tanq̃ obelo indignã, silentio ceu condito uenabulo confecturus. Primũ iustificationis impij parteis duas subijcio, non reueritus quę stionũ Magistros, quorum tam sterilis q̃ ingens est disceptatio. An peccatorũ remissio sit motus, ab infusione iustificantis gratiæ separatus. &, An sine speciali motione, aut ea decidua susceptа, liberum arbitrium contritionem causare (ita enĩ loquuntur) ualeat, ijs in diuersum sentientibus. plerisq̃, propter Aristotelis rationem, modo sic intellectã, & paulopost secus acceptam, sic & secus sua sensa tanq̃ unguibus & dentibus retinentibus. quibusdã mero calentibus, subtiliusq̃ alta penetrantibus pleno stomacho, & ieiune, ieiuno uentre tutantibus. Quibus, ut olim impernitiem meaꝝ partium adhæsi, ita nunc cũ Christi fiducia infestus, dei legem obijcio. Quocirca, uos, patronos meos dico, magnopere rogo, hæc omnia pro acri uestro iudicio cognoscatis & obseruetis, primum, quo ordine alia ex alijs ducanť. Post, quo pacto ad institutũ nostrum accõmodata sint, quibus in hac Epitome utimur, testimonia. Deinde, limã, quam ab omnibus, puri, & integri iudicij expeto, adhibere, & quæ asperitate offendunt, radite. cæteris uero calculum uestrum adijcite.

Iustificatio impij, & mortem & resurrectionem complectitur. Caput primum.

Iustificationi, mortificationem, perditionem, destructionem deductũ ad inferos, & ediuerso, uiuificationem, saluationem, instaurationem, ab inferis reductũ, adscribi contendimus. A capite aũt exorsuri, Apostoli dictũ adducimus, qui ait. Omnes impij, & natura iræ filij, in potestate tenebrarũ sumus. Verum, cũ ab hac potestate, in lucis regnũ Christus nos transfert, quandam similitudinem cum eius morte, cũ eius resurrectione habemus Nempe, uita Christiana gestis Christi configurať, & quicquid Christus in cruce, morte, sepultura, resurrectione, ascensione ad cœlum egit, iustificati uita referre debet. Nimiꝝ, quemadmodũ Christus crucifixus est, ita hoiem ueterem cum concupiscentijs cruci oportet affigi. &, quemadmodũ Christus sepultus est, ita homo Christianus consepelitur illi per baptismum in mortem Summatim. sicut sumus insitiij Christo p̃ similitudinem mortis, ita & per resurrectionem insitij Christo efficimur. Complantati sumus per mortem, complantati per resurrectionem. liquet idcirco, iustificationem habere mortem peccatoris, habere & resurrectionem, priorem uero mortem, q̃ uitam.

Mortificatio impij, est iustificatio. Caput secundum.

Verum hic lector obstrepit, q̃ mortificationẽ impij, iustificationem appellauerim. Cui ego nõ meum inneutũ, sed Apostolicum dogma obtrudo. ait quippe Apostolus. Etenim, qui mortuus est, iustificatus est a peccato. & paulo superius simul utrunq̃ complectus membrũ, dixit. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Cui consequens est, tam iniquitatis mortificationem, q̃ resurrectionẽ nostram, qua in nouitate uiæ ambulamus, ad iustificationem pertinere. Miranda Apostoli sententia. hæc enim uniuersos Prophetas, & totam scripturam pererrat. Contingit aũt, q̃ priorem iustificationem, hoc est, impij mortificationem, ad inferos deductum, ceu indignantis dei intolerabilem pœnam, longe iustus ante præsentiat q̃ subsequatur uiuificatio, & nouæ uitæ largitio. Quin triduo apud inferos quandoq̃ remoratur in corpore, uelut in quodam sepulchro. Qua de re, certo quodã ordine disputaturi, priorem tractabimus iustificationem.

De tribus mortis generibus. Caput tertium.

Præmitto igitur secundũ Ambrosium tria mortis genera. Vnum ipsius animæ, de quo scriptum est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Cui adiũge & hanc authoritatem. Os quod mentitur, occidit animam. Aliud est mortis genus mysticũ, quando quis peccato moritur, & deo uiuit, de quo Apostulus ait. Consepulti sumus cũ illo per baptismũ in mortem. Tertium, quo anima a corpore separatur. Mysticã illam mortem, qua occumbunt peccata, qua uetus ille noster homo discrutiatur, disquirimus, rectęq̃ ueteris uitæ occasum, abolitionẽ iniquitatis nuncupamus. & contra, resurrectionem nouæ uitæ, renouationemq̃ iustitiæ. Illam laboriosam, hanc beatam sanctis patribus nõ semel asserentibus. Nec ab re, q̃ caro nostra nõ potuit peccatũ abolere, nisi crucifixa esset in Christo Iesu in Christo omnino, hoc est, in fide Iesu Christi. Reuera credenti in eum qui iustificat impiũ, fides deputatur ad iustitiam. Fide enim corda purificantur, fide a serpentibus morsi sanantur. Porro, oportuit filium hominis exaltari, ac

oīs qui credit in eū, non pereat. Fide enī peccatores saluos Christū fecisse, euangelia testantur. Fides nō ex nobis, sed dei donū est. fide Christus inhabitat in corde hominis interioris. Iustificamur igitur fide, uiuimus fide. Iustus enī ex fide uiuit. Ob id, qui occasū ueteris uitæ exortumq; nouæ desyderat, fidelis sit oportet, & in Christum credat, necessum est,

Mortificatio peccatorꝝ, deductus ad inferos. Caput quartū.

Cæterꝝ, nescio quis, dum hæc refero, submurmurat, q̄d mortificationē, peccatorꝝ, ad inferos deductum cōstitui. Sed sequentia cōmonstrabunt, id non p̄cario ex scriptura acceptū. At non prorsus dedi, fidei infernū subesse, donabo autē fidem mūdare cor, expugnare pctā, abolere uetustatē, sed iustos uelut stupidos quādoq; non sentire dei gratiā, immo sese omni gratia destitutos, deoq; odiosos arbitrari, & tanquā ad infernū detrusos, iudicium dei reformidare ac quasi nihil fiduciæ habuerint, mœrere Quidā enim accepta fide diffidentia non carent, quā utiq; inesse sibi nouerat, qui dicebat. Credo domine adiuua incredulitatem meam, multo em̄ crebrior, multoq; numerosior pars hoim est, cui paulatim, quicquid superna largitas donat, accrescit.

Correptio dei & dolor pœnitētis ad gr̄am referuntur. Caput quintum

Exordiū aūt p̄positi cōfirmo per uerbū Christi. Beati qui lugent, quoniā ipi cōsolabunt. qui sine sermonis uelo aperte ait. Luctū & eiulatū pctōris, btitudinis portiunculā & tam eximiā, quæ cōsolationē nactura sit. Cui in eum sensum, ad līam prope modū Iob accedit dicens. Btūs homo qui corripit a dño, manifeste docens increpationē dei, correpto peccatori, ad btitudinis speciem reputari. Proinde iustificationē dico a uocatione dei oboriri, sed & uocandi ordine seruato, q̄ iustificatur⁹ deus primū terret, flagellat, conterit, sautiat, mortificat, deducit ad inferos. Deinde consolat, recipit, contritionē sanat, uiuificat, & ab infetis reducit. testante scriptura. Deus flagellat omnē filium quē recipit. Et Hiere. Castigabo te in iusticia, & miserebor tui. Primū castigat, deinde miserē. Ita em̄ idem Hieremias inquit. Si abiecit te, miserebit iuxta multitudinē misericordiarū suarum. Item Iob, increpationem domini ne reprobes. ipse enim uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanat. Quippe, q̄ recte afflictus consyderabit quo iacear, quem offenderit, & quibus egeat medicamētis. Cōfirmantē omnia segregatim sacræ scripturæ testimonijs, si ea uellē discerpere, quæ optimo sensu & rōne cohærent, uerū ut licebit scripturæ pelagus tentabo.

Prima impij conuersio, leticiæ nihil doloris plurimum habet. Caput sextum

Primūq; illud q̄d in Leuitico scribit, p̄duco, uidelicet. Nec immittet in sacrificiū pro pctō oleum, nec thuris aliqd imponet, & quod postea subiectū est. Hæc hostia arida est. Quibus uerbis palam est pcti sacrificiū, nec oleū, nec thus habuisse, docemurq; in prima hois cōuersione ad deum, aīam iusti, oleo leticiæ, & thure laudis & suauitatis destitutā. Addo quoq; sacrificiū hoc in clibano, in sartagine uel craticula excoctū. quid est in clibano, nisi in corde ardētis? Calefactos em̄ legimus in Osea adulterantes legem tanq; clibanū ignis ardentē. q̄d clibano ignis accipies, nisi cor hois succēsum? q̄d si uitia succēderint, aut diabolus inflāma uerit, cor non coquit, sed exuit. De illo scribit. Pones eos ut clibanū ignis, cōstitues eos ardentes, uexabis intrinsecus conscientiam ipietatis suæ. Si uero ille succēderit, qui dixit. Ignē ueni mittere i terrā ut ardeat ad salutē iusti, cor angit, tribulat, discrutiat. Sed tunc cōscientia inflāmatur, & eius dep̄catio tam multis cogitationū tumultibus quatit, ut pene a conspectu iudicis repulsa uideat. Vnde Iob dicit, cum inuocantē me exaudierit, nō credo q̄ exaudierit uocem meam. Audis ne eum dicere, nō credo me exaudiri. sed repulsam patit? Sed quāobrem se exaudiri non credit? audi illum. Multiplicauit, inquit, uulnera mea, non concedit quiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Iustum illum multipliciter uulneratum, cui quies nulla, amaritudines uero plurimæ, cui tam affixabis, quā succēso clibano? qui nec oleū leticiæ, nec thus suauitatis referat, cui oīa tristia sint, anxia oīa, turbata oīa, arida oīa, lachrymosa oīa, cui fletus ad ue, sperā demorabit, id est ad occasum p̄sentiæ dei. Cui dolor in cōspectu eius semp, cui nulla hilaritas, qui ueritatē, id est iusticiam irascentis dei annunciat per noctem, id est per peccatorū flagella, hoc æstu gemebundus eiulat & inquit. Domine tantæ sunt necessitates, tantæ & tot tribulationes, tot tormenta, ut merito tibi dicā. Repulisti me & destruxisti me, cōmouisti terrā, uoluntatem terreno corpore grauiter depressam, & conturbasti eam, & firmissimas eius bases, ossa, medullam, neruos tremefecisti. Conturbasti uoluntatem, quæ sibi terram & cinerem est a depta. Nunc huius peccatricis conscientiæ, quam mouisti & cō

turbasti,sana contritiones,quoniam est mota.

Contritionē non uoluntas,sed deus efficit. Caput septimū

Quo motore:figmento scolastico:speciali motione:an uoluntate ex naturalibus imperante cōcursum duarum proximarū causarū contritionis naturalis & bonæ ex genere:Absit.Quo ergo turbatore:quo denicq motore factæ sunt cōtritiones:Auscultа,audies oīa a principio.Deus repulisti nos,& in cōsequentibus principiū repete.dic deus cōmouisti terram, conturbasti eā,sana cōtritiones eius.Cuius:uolūtatis peccatricis.tu ergo sana q conturbasti, quoniā mota est.tu aspicis terrā, & facis eam tremere. tu taugis montes & fumigent p̄ces, confessio & magnificentia opus eius,nō nostræ facultatis. Turbata est terra,quia ipse cōturbauit.habet lachrymas in dei cōspectu,quia deus eas in suo conspectu posuit. Terra pcussa est,succensa est, accedit ad seruitutē, stat in iustitia & timore, p̄parat animū ad tentationes. Sic solet peccatorē deus in turbine subuertere,testante Iob,q ait.In turbine me cōteret. Veniens eni uijs suis, in tempestate & turbine ueniet.Quid est in turbine me cōteret:nisi in ualido & rapaci uento me faciet contritū. Is est quidē frequens scripturæ stilus, nam alibi scribit.Tentat uos deus,ut sciat,si diligitis eum,id est,scire, uos faciet,an diligatis eum.Nempe,q̄d nihil illum lateat,cui oīa apta sunt. Sic illud interpretant.Misit deus spiritū suum clamantem, id clamare facientē. Et hoc. Ipse spiritus orat & interpellat pro nobis,hoc est,orare nos facit.Itidē & hoc.Deus uult omnes hoīes saluos fieri .i. facit hoīes uelle , facit ut homo uelit omnes hoīes fieri saluos.Item illud.Hunc diē neq filius nouit, id est,nō facit scire illū diem.Ita conteret deus.i. facit contritū,quatenus dicimus illi. Potasti nos uino cōpunctionis . Conuerte me dñe & conuertar.Verte impiū & non erit. subuertis,& euanescit,exoquis , & nō manet impius. hac gratia deficiūt peccatores a terra, & iniqui ut nō sint.Si hac iustificatione deficiunt iniqui,tollunt impij,euertunt peccatores,non absq quispiam eam subuertentem gratiam nuncupauerit. gratia quidem generalis est ad peccatorum abolitionem,ad pacem & reconciliationem.

Quonam pacto deus primam impij conuersionem operetur. Caput octauum.

Dum sic mutat impius,uoluitur in uespertino fletu, & annū riat ueritatem p noctes,flebilis & mœstam cōmemorare uitam cogit,erubescit,quoniam sustinet obprobriū adolescentiæ suæ ac sicut Esaias inquit,recogitabo tibi oīes annos meos in amaritudine,ita hic annos recantat amarulentos, in peccatorū retractatiōe uersat,in laude & dei gloria nondū exultat.Vexat & impius euersus,& hæc sola uexatio intellectū dat auditui.Hæc pœnarū sola formido,& tormentorū mētus nos corriget ad salutē & mala nostra faciet intelligere.Deus hoc gradu,cui alias ꝓpriū est misereri & parcere peccatorē urget,stimulat, punit, alienum opus eius,ut operetur opus suum.peregrinū opus eius ut ꝓpriū operetur,non uult mortem, & ꝓpter peccatū mortem facit.

In hanc contritionem & cōuersionem hominis primam iudicio & ueritate descendit. Caput nonū.

Iesus Christus dominus noster phariseis minora p̄eligētibus, aliqua legis maiora inculcauit.iudiciū scilicet misericordiā & fidem.De iudicio ad ꝓpositū.iudiciū illud est ad quod Apostolus hortat nos dicens.Si nos iudicaremus,non iudicaremur a dño. Quod & alius cōmendat dicens.Si cōfessi fuerimus pctā nostra fidelis est deus qui remittat nobis peccata nr̄a, & emundet nos ab oī iniquitate nostra.Et Esaias ait.Confitere tu prius peccata tua ut iustificeris.Iustus em̄ in primordio sermonis est accusator sui. Confitenda sunt peccata etiam iusti & ab impietate conuersi. Et quid est non iudicatur,si sese iudicat,si se existimat peccatorem,& credit nullo modo suæ infirmitati subueniri, nisi Christi auxilio,nisi Christi fide. Nam qui credit in Chr̄m non iudicatur,qui aūt non credit iam iudicatus est.Si te recte iudicas,peccata fateris,crediscq in Christū saluatorem,non iudicaberis. Nempe qui iudicat se peccatorē ueritatem facit. Si em̄ dixerimus nos non habere pctm̄,ueritas non est in nobis, fac ueritatem peccata tua cognita deo facientem,& uenies ad lucem. Sed cur ad lucē, quæ illuminat omnem hominē in mundū uenientem:ut manifestent opera tua. Reuela domino uiam tuā, & spera in eum, & ipe faciet & deducet uelut lumen iusticiā tuam & iudiciū tuū sicut meridiem.In cōsequentibus apparet initium uersiculi,reuela domino uiam tuam sub alijs uerbis repetitū,reuelare uiam est facere iusticiā.item & iudiciū,de quo p̄iecimus alioqui, qua ratione subiecisset.Et deducet iusticiam tuam,nisi cum iuberet reuelari uiam,monstrasset reuelationem hanc esse iusticiam & iudicium.Eo quidem pendet iustorum iusticia,quod se imperfectos, iniustos, & peccatores confitentur. Hieronymo testante. Quotquot perfecti estis,illud sapite,hoc est,uestrę impfectionis

iudicium proferte. Reuela igitur uiam tuam imperfectam & ma
lã, neuis & uerrucis de formem. Reuela uiã, ueni ad Christũ, ut
Christũ, ut manifestetur, & emendeť. Volue super dominũ ui
am, & confide in eo, & ipse dic. Confitebor dño deo aduersum
iniquitatẽ peccati mei, & ipse remittet iniquitatem cordis mei.
quinimo, pro illa omnis sanctus orabit in tempore opportuno
Non te teneant tricæ, reuela uiã tuam, peccatũ cognosce, & in
iustitiã tuam, hæc est tua uia, noli operire, noli tegere. si tu mani
festaueris, deus teget, qui ait. Memor esto tu, & ego memor nõ
ero. reuela uiam tuã, iniustitiam tuam. Deus uitam meam annũ
tiaui tibi, & posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Reuela
uiã tuam, narra si quid habes, ut iustificeris. Domine non iustifi
cabiť in conspectu tuo omnis uiuens. Dinumerasti omnes ne
cessitates meas, & nihil te latuit de peccatis meis, signasti peccata
mea in folliculo, & annotasti, si quid inuitus cõmisi. Hæc sunt
mi domine, quæ tibi narrare, & possum, & debeo. Ve aũt mihi
q tacui, quia uir labijs pollutus sum ego. Porro, dum hanc uiã
meã reuelo, anxiusq peccata intueor, gelidos effundo sudores.
Iubes tamen & dicis, reuela ad dominũ, uolue super dominũ ui
am tuam, & spera in eum. crede, confide in eũ, & ipse faciet. Sed
cur ad dominũ? q ipse portauit iniquitates nostras. ipse est petra
quæ spinosis hernacijs est refugiũ, ipse factus est pro nobis pec
catum, qui peccatũ non cognouit, ut nos essemus iustitia dei in
deo. Sed quid ipse faciet? faciet q̃d confitenti in eum, reuelantiq
malã uiam. Reuelatio illa erit iudiciũ, & deducetur in lumine iu
stitia, & in meridie iudiciũ. Reuela ideo domino, indica illi quid
patiaris, indica quid uelis, indica illi strennuũ bellum, quod tibi
est aduersus carnem. Quin præliũ & congressum illum cotidia
num atq continuũ, quo spiritus & carnis aduersitate diuelleris,
ut non quæ uelis, sed mala quæ nolis, facias ut te nolente, nõ be
ne concupiscat, quod in carne hæret peccatũ. Indica iccirco quid
in tanta anxietate uelis clama, infœlix ne ego homo? quis me li
berabit de corpore mortis huius? Interim dum ista ex anio pro
fers, dum in his uersaris, dum tuum facis officium, infirmitates
meditaris cum tribulato corde, hanc uiam reuelas. Nimirũ spi
nis tot configeris, ut multo magis tibi in ærumnã collapso, cu
ræ sit tuorum delictorũ pauor & reformidatio, quã ut sentias te
Christo obsequentẽ esse, tantisper spiritus cõtorquetur, propen
sio ad mala obuoluitur, infirmitas ad facienda bona obstrepit.

Tu infirmitatem fateris, desyderas medicum, ad Christum con
fugis, & ipse deducet iusticiã tuam quasi lumen, hæc est lucida
iusticia, qua deo iusticiam, tibi iniusticiã & confusionem tribuis,
& iudicium tuum tanquã meridies producit. quod iudiciũ? Il
lud, quo cum nos nostraq opera respiciẽtes, omni oĩm tormen
torum generi adiudicamus. Accedit homo aduersus se tribunal
mentis suæ, constituit se ante faciem suã, ne hoc contra se postea
fiat, cum scriptũ sit. Arguam te & statuam te contra faciem tuã.
Constituto cordis iudicio, accedit accusatrix cogitatio, testis ad
uocať conscientia, urget carnifex timor, petitur sentẽtia, pronun
ciatur. Reus est mortis clamat iustus spiritus. Iuste induxisti oĩa
hæc mala super me ꝓpter peccata mea. Verum non me confun
das, sed fac mecum iuxta misericordiã tuam, & confige timore
tuo carnes meas. Sibi is mille aculeos optat, mala imprecatur, ut
malis a malo libereť. Hoc iudicium tam naturæ molestum, tam
uehemens est & acerbum, ut ipa natura interiret, si nõ meridie
dilectionis dei temperet, si non lumen illud incommutabile im
pertiret. Nec dictu facile est, quã uera illa contritio, uerumq illud
iudiciũ iustum exagitet. Quare operæ precium me facturũ puta
ui, si uere pœnitentẽ suis, ut aiunt, coloribus, ex sententia primi
psalmi de pœnitentia uelut depingerem.

Psalmi. Domine ne in furore, breuiuscula interpreta
tio, qua pœnitentis gemitus explicať. Caput decimũ.

Dñe ne in fu.tu.ar.me. neq in ira tua cor.me. uolo dñe argui,
emendari cupio, qm̃ scio q̃d oĩes qui pie uiuere uolunt in Chri
sto Iesu, psecutionem patiunť, & quod ij qui presuras nõ ægre
sustinent, conregnabunt. Piam correctionem amplector. Ecce
enim in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo
semper. Non ignoro, quod a potestate Pharaonis eximẽdus. &
Agyptum, hoc est imaginem huius seculi, mundi tenebrosas il
lecebras exiturus, primũ ueniet in mara, quod intepretať amari
tudo. Subinde de mara in Sina, quod tentatio interpretať. Quo
circa laborem, sudorem, angustiam, amaritudinẽ, tentationem
persecutionẽ, flagellum, tormentũ non fugio, immo laborẽ &
dolorem quẽ quæsiui, inueni, nomẽq tuum inuocaui. Non me
tua subfugit sententia, quod quẽadmodũ uasa figuli probat for
nax, ita hoies iustos tentatio tribulationis. Tentationũ æstibus
dilectꝰ tuus in amore durescit, & tanq testa aret probať q. Malus
autem & impatiens strepitu correctionis in rimulas effringitur,

ego uapulare desydero, quin tribulationē & miseriā inuocaui multa mihi utilitas, si turbatiōe me condis. Quippe quod sal & fumus carni, hoc confert homini tentatio. Tribulatio em̄ hominem admodū purgat, & infœliciſſimū nihil mergit. Nam ubi non ego, ibi fœlix ego, ubi non ego operor, ibi gratia mecum fœliciter operat̄. Non ignoro q̄ cœleſte regnum abſq; tribulationibus & laboribus acquiri non poteſt. Proinde emendationē non exhorreo, ſed lætus diſquiro. Tribulatio em̄ patientiā operatur, patientia probationem. Vix enim ſe quiſpiam cognoſcet, niſi per tribulationem ſibi ipſe probetur, ut condiſcat, qualis erga ſe, qualis erga cęteros ſit. Igitur patientia tribulationis probationem, probatio uero ſpem mihi faciet, anhelo perſecutionem nolo tribulatione carere, ſed cum gratia cupio emendari, paterna flagella non tardus opperior, uirgas in meo tergo morituras præſtolor, & cæſus exoſculor. Erunt em̄ mihi tormenta, medicameqta, corrige me domine, uerūtamen in iudicio, cum gratia cum remiſſione, ſed in furore, in uolūtatis tuæ ardore atq; æſtu. quo iuſto ſemper iudicio, aliquando tamē occulto inueſtigabiliq;, non expurgas, ſed damnas, æternis ſupplicijs adiudicas, & indignationē tuam effundis, peccaui, te offendi, tibi ſoli peccaui, ſed emenda errorem, ut iuſtificeris in ſermonibus promiſſionum tuarum, ut benedicat in ſemine tuo qui eſt Chriſtus, & uincas cum iudicaberis, cum mihi dicent, ubi eſt deus tuus? ubi eſt miſericordia ſua? percute, uulnera, eneca, tantum tuus abſit furor, tua condormiat ira. & argue, ſed plagis paternis. Valde correptionis indigeo, fuſtes em̄ grandes cōmerui, ob id ſagittæ infixæ ſunt mihi, iniecta ſunt pœnarū cruenta tela, doloribus & animi & corporis conficior. Et manum tuam confirmaſti ſup me, dolorem dolori, malum malo accedere grauatim ſentio, diſcruciorem morbis, anguſtia depereo. Punito me domine mi, ſed in miſericordia. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Tibi meę infirmitatis fetorē offero, & pro ea miſericordiā tuā efflagito, miſerere idcirco, quod infirmus ſum, q̄ infirmitatem nō abſcondo, quod peccatū meū cognitū tibi feci. Sed unde iuſto tam ærumnoſa infirmitas? Reſpōdeat qui infirmitatē accuſat & confiteꝛ. Non eſt ſanitas, ait, in carne mea, a uultu iręꝛ tuæ. peccauerūt parētes noſtri, & tu iuſte iratus percuſſiſti carnē infirmitate, languet arbitriū, deficiunt bonæ actiones, nō eſt ſanitas in carne mea, in hoie meo, quem mihi feci meū hoiem, quē ego infirmaui. Profecto quā deus ſuā carnem, hoc eſt, hoiem effinxerat, meū figmentū malum & infirmū formaui. infirmitas igitur ex peccato eſt, Ego dixi dñe miſerere mei, ſana animā meā, quoniā peccaui tibi. Vides ne ad literā, infirmitatē & morbū peccato factū, & q̄ ob id ſanari infirmus uult, q̄ peccauit. Sanaq; iterum, nō ſolum peccatū infirmū me perurget, ſed ideo, q̄ conturbata ſunt oſſa mea. Interior homo, qui in ſpiritu deſidet, inſtar exterioris corporei habet organa, inſtrumenta, oſſa, & ſenſus, q̄ conſcribi hoc loci nō facile poſſunt, cū non nihil horarū illa ſola peritio in literis protriuiſſe uideat̄. Sunt oſſa. Aug. referente, robuſtiſſimæ fortitudines, oſſa duriſſimaq; aniæ fundamenta. dicit em̄ fortitudinē ſuā turbatione penetrari, qñ oſſa turbata quærit̄. Sed nō modo animæ oſſa, & mentis robur turbatū, gemitus difficiles prodigunt. Quin & ipſa ania turbata eſt ualde, nō exili trepidatione, ſed grandi ualde. Nā ait iniqtates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meū. illud q̄d ſuperbiuit, quod ſeſe attollebat, ſupergrediūtur, & ſeſe in unū tanq; graue onus gregatim colligūt, aggrauatæ ſunt iniquitates. Oibus peccatis cōmune eſt, grauare, deprimere, concutere. multiplicant̄ infirmitatū iniquitates, poſtea acceleratur. Conuertit̄ dolor meus in caput meū, & inquitas mea in caput meū deſcendit. Multiplicant̄ cordis mei tribulationes, imploratur dñs, inturbant̄ oſſa, ideoq; ualde cōturbatur anima q̄ infigitur ſpina, q̄ iniquitates trāſeunt caput, q̄ peccata aggrauant. Nulla eſt tranquillitas, nō pax oſſibus meis, a facie peccatorum meoꝝ. obijciuntur cogitatui peccata, inſcribunt̄ cōſcientiæ delicta, & citra oēm excuſationem legunt̄, penitus omni expolior pace. Nec ſolū turbant peccata, quæ ex propoſito admiſi, ſed & remiſſorū peccatoꝝ cicatrices ueſtigiaue. Mundans em̄ non facit innocentē, adhuc deeſt ſplendor innocentiæ, cōputruerunt liuores mei a facie inſipientiæ meæ, dū inſipientiæ delicta, q̄ infirmitate, inſipientia, etiā inuitus, qñq; caſu cōmiſi, obuoluuntur, dū mihi occurrunt, dū mentis extumultuantur cogitatū, dū obrepunt, habent cicatrices, renaſcit̄ ſanies, deficit fortitudo. Vides iuſtū pœnitentē propter peccatorū admiſſorū cognitionem prorſus turbari, infirmari, inquietari, uſq; ad interitū prope. Ait em̄, miſerijs afflictus & curuatus ſum, qui elatus eram, uſq; in finē hoc eſt, ad mortem. ſentio mortem, nec etiā reſurrectionē. infirmatus & humiliatus ſum uſq; nimis, rugiebam a gemitu cordis mei, hic quæ audiunt̄ uoces? niſi plangentiū? niſi mœrentiū? niſi

atidi ſacrificij: Congerunt offenſæ, mala ſuis uindictis & flagellis aſſerunt, ad dei iudiciũ cõferunt, oia in anxietate ſpiritus ſunt, oia in amaritudine, omnia oĩbus pugnant. triſtitia cor, ſicut a tinea ueſtimentũ, editur. Attendite aũt, patroni, diligentius, quid iuſtus pœnitens offerat, qd pro oblato munere repoſcat. Offerre uideo delicta, infirmitatẽ, ſaniẽ, putredinẽ uniuerſam, mala oia & bonorũ nihil. Exigitur tñ pro malis bonitas, & dei clementiſſima miſeratio. Dñe infirmus ſum, ad nulla bona idoneus. Peccaui malũ corã te feci. ſed miſerere mei ſecundũ magnã miſericordiã tuã. quia magnã culpã ppetraui, & ſecundũ multitudinẽ miſerationũ tuarũ dele iniqtates meas. mihi em̃ multa peccatorũ magnitudo. dolent aũt, uexant & inturbãt foliũ tuũ, q̃d a uento rapitur. Si iniquitates obſeruaueris dñe quis ſuſtinebit? quis tolerabit? Dñe, de profundis clamaui ad te, exaudi uocẽ meã. Et tu dñe uſquequo me peccatorũ contẽplatione affligis? uſquequo irã tuã pfers? uſquequo apponis cõtra me amaritudines? & uis me cõſumere peccatis adoleſcentiæ meæ? cur cõtra infirmiſſimũ oſtẽdis potentiã tuã? Vſquequo benigniſſime miſericordiarũ pater tabeſcit in me ſpũs meus? Cõuertere dñe, & eripe animã meã. cõuertiſti me a delictorũ dulcedine, in altã cordis amaritudinẽ. obflauit ſpũs tuus, & fluentũ aquarũ defluit, a facie tua eõmota eſt terra. Poſtq̃ cõuertiſti me, pœnitentiã egi, pœnituit me malorũ meorũ poſtq̃ oſtendiſti mihi pctã mea, percuſſi fœmur meũ. nec tantũ intrinſecus me dolor occupat, ſed plangẽtis indicia erũpunt, fœmora manibus utriſq; feriunt confuſus ſum, & ſubſtinui oppobriũ adoleſcẽtiæ meæ. ita ignominiã & ſtultitiã adoleſcẽtiæ meę intueor, q̃d infeſtiſſimũ mihi eſt, eã perferre tu aũt oia hæc in me feciſti, tu cõuertiſti conuerſionẽ hanc mordacẽ, bonã quidẽ, ſed amarulentã. Tu nouiſti terrã, tu eã cõturbaſti, contritionẽ formaſti. Tu facis ut faciã, ſana cõtritiones cordis mei. Tu ſanas contritos corde, & alligas cõtritiones eorũ. Poſuiſti tribulatiões in dorſo meo, ſemel dimoue. Cõfixiſti me ſpina, aculeo cõſcientiæ, & dolore maximo, cõuerſus ſum in ærumna. hæc eſt cõuerſio in ærumna, hæc eſt cõuerſio in miſeria magna. Conuertere ergo cõuerte amplius, & in dulcedinẽ benedictionis cõuertar. q̃d cepiſti perfice. confirma hoc deus q̃d operatus es in nobis. Conuerte ergo, q̃d eſt, fac ut ego conuertar, in ſacrificiũ laudis, ut nõ ſolum cõfeſſionem peccatorũ, ſed & laudis & precum offerã. Sacrificium laudis te honorificat, ſacrificiũ peccati cor infeſtat. illud hilaritatẽ hoc mœrorẽ habet. illud fortitudine deo inhæret, hoc infirmitate languet, & peccatis obluctat. Cõuertere. quid eſt cõuertere? Eripe aniam meã, ſaluũ me fac propter miſericordiã tuã, fac me plene ad te conuerſum, cõuerſione lætitiæ, conuerſione uotorũ precũq;. Sed fortaſſe nõ deerit huic explicationi crabro, qui eã pungat cui Cõmunem ſcripturarũ loquendi normã obflectimus, ita apud Ezechielem legimus. cũ ſanctificatus fuero in uobis coram gẽtibus, qui paulo ante dicebat, ſanctificabo nomẽ meũ magnũ p ſeipſum utiq; ſanctũ eſt dei nomẽ, ſed ſanctificat in eis, quibus largit ſuam gratiã, ut deum ſanctificent. ita in oratione Dominica dicimus, ſanctificet nomen tuũ. hoc em̃ ſanctificamus, ita gratias deo agimus, cũ benedicimus. Aug. docente & Chriſoſt. ſanctificare eſt glorificare, reſonãdo, ſanctus, ſanctus dñs deus Iſrael. ita dicimus cõuertere, ſicus dicimus ſanctificare. conuerte nos ad te, fac ut ad te cõuertamur. Sic dicã. Exurge deus. i. fac nos exurgere. item, Deus refugiũ noſtrũ, hoc eſt, facit nos refugere ad ſe. Proinde, conuerteris, ſi me cõuertis ad te. tuũ opus eſt hoc cõuerſionis genus. Saluũ me fac ppter tuã miſericordiã, gratis, ſine meo merito. bona quidẽ tam uehemens peccatorũ recordatio, tã acre iudiciũ, tam intolerabilis punitio, ſed niſi adieceris ad alterã conuerſionẽ, num quis pmanebit? num natura tã anxia aget uitam? moriunt peccata & bene quidẽ, ſed dum ego tanta cõtra me peccata euocarim, & aduerſum me cõſtituerim, in morte, in ſepulchro iaceo, reſuſcitari, reſurgere cõuerſationẽ in cœlis habere uelim. Q̃m non eſt in morte qui memor ſit tui. nõ poteſt ad cœleſtia ſubrigi, caput, q̃d tot facibus delictorũ ſubſidet, tot ſubmerſum eſt piculis, tot mortibus implicitũ. Et in inferno quis tibi laudẽ & magnificentiã confitebitur? quis in peſſima conſcientia, in cæcitate tenebroſiſſima, tibi confitebitur? ita remoratur conſcientia intuitum, ita peccatorũ retinet mentẽ cogitatio, ut nec tibi preces offerre ſinat, ut nec tuam paternã correctionem perſentiſcere donet in ream iccirco demerſus cõſcientiam quis confitebitur? Non derelinquas animã meam in inferno. Fortaſſe hic nõ fruſtra cunctor, quid ſit mors, quid infernus, quod piaculum, ſi Eccleſiaſticos, qui ſi Apoſtolus æmulatus mortem peccatum dixero infernum ream conſcientiam? abactam autem ab iniquitatis deſyderio, in ſæuam recordationem? ipſe Paulus noſter doctor cum diſeruiſſet, non eſſe in carne ſua bonũ, hoc malum peccatum aſſeruerauit, quod uidelicet ageret quæ ipſe noller, & bo-

num quod facere uellet, perficere non sineret. Quippe, quod concupiscit peccata peccatum, & mala desyderia exhalat eo inuito (semper enim concupiscentia dum concipit peccatū, parit, quod nolit fieri iustus) & subiecit, quis liberabit me de corpore mortis huius? quid est mortis huius nisi peccati, nisi uel mali quod mala facit? Cui si quis moritur, iustificatur. nihil enim a morte liberat, nisi gratia dei per Iesum Christū dominū nostrum. Cui Ambrosij discrimen triplicis mortis repetitum adiungito, & admitte uel precario, omne peccatum esse mortificantem mortem. Ego enim dubia ita dona si quæ sunt, ut mihi ius sit ea reposcere. Dabis consequentet pœnitentis animam ualde turbatam, quod in morte, hoc est, in occasu mortis, uel in cruenta pecccatorum cognitionem solum subsederit, quoniam peccatis moritur ut iustificetur. Nunquid mors, cui sese immersum quęritur, ipsum est peccatum delectans? minime. Immo peccatum molestans & stimulans, quod aduersum se constituit. Ex prioribus liquet iusto pacem quietudinem a peccatorum facie, dum sagittarum uenabula intruduntur, adimi. nisi Paulo dixeris peccatum placuisse, contra quod grandem luctatum, & eum quidem perpetuum sustinebat. & Dauidi pœnitenda crimina obsecuta placuisse causaberis, quæ defleuit. sed procul error is absit. Iccirco donabis pœnitentem iustum, anxie confici. quando immo e pectore in mortem suspirat, quando non agminis nouissimum, sed ducem agminis, & eum qui cogit, sed & densissimum malorum imbrem quibus furorem domini sine uenia commeruit, pauet, luget, tūc labor, tunc dolor, tunc cruciatus, tunc cum Hieremia eiulat, solus sedebam, dicens, repletus amaritudine. Hæc est illa mors, quā propheta depingit qui ait. Circundederunt me dolores mortis. Alius amaritudinem, hic dolores refert. hoc est igitur esse in morte, circundari doloribus, non uoluptatibus mortificantis peccati, subeunt peccata commissa, subeunt & fœdæ peccandi cogitationes, & insipientiæ meæ conatus, dolores infingunt. non est in morte qui memor sit tui. memoria peccatorum cognitione obtuitur. memor quidem peccatorum sum, sed memoriam tuæ laudis efferre cupio. Sed quis tibi in inferno cōfitebitur? uariantur peccata, mordet conscientia, lauciant, cogitatus. Is est infernus de quo idem pœnitens expressius ait, & pericula inferni inuenerūt me. mala opera, mala conscientia, peccatrix uoluntas. hęc est illa mors, quā nouo cantico Anna olim mœsta occinuit, dñs mortificat & uiuificat. hic est infernus ille, in quē & illa ipsa decidit quæ scripsit, deducit ad inferos & reducit. simul demonstras, nō proprie uolūtatis illum ad inferos deductū, sed dei opus esse. itidem mortificationē illā deo adscripsit, cuius beneficio eā persensit. ita dñs facit pauperē & ditat, humiliat & sublimat, sed prius priora efficit. Tu es refugiū meū a tribulatione seu pressura quæ circūdedit me, & tribulationē & dolorē inueni.. adhuc nō gusto nec uideo q̄ suauis es dñe, sed inuenio pressurā, dolorem, tuā tribulationē inueni quā ignorabā, de qua tu das auxiliū, sicut scriptū est. da nobis auxiliū de tribulatione, quia uana salus hois, fœcundū luctum & beatū reperi, quē tu cōsolaberis. O dñe libera animā meam, quia ego miseria ærumnosus, cruciatu anxius sum. ego imundus, tu mundus. ego miser, tu diues, tu magnus, ego pusillus, ego egenus, tu dñs, ego nudus, tu gloriæ rex, ego tenebrosus, tu inaccessibile lumen, ego infirmus, tu medicus. Ego turbatis ossibus, turbataq; animula, tu cōsolator. laboraui in gemitu meo, miserere mei dñe, qm̄ tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & uenter meus, deficit in dolore uita mea, infirmatus est in egestate uigor meus. Vide humilitatē meā & laborē meū, & remitte oīa peccata mea, alioqui in tanto prælio emoriar oportet, iam ipsa uita deperit, ueniā imploro, gratiā expostulo, lauabo per singulas noctes lectū meū, hoc est, delectationes seculi, corporis uoluptates lauabo, non modo in gemitu laboraui, sed futurū est, ut diluā malorū agmē, per sigulas noctes per singulas tentationes, per persecutiones, per tribulationes singulas, p dolores singulos. In noctibus extollā manus meas in sancta, & benedicā dñm, dum in noctibus, hoc est, in peccatis sum, leuo manus in sancta. Si leuauero manus, hoc est, opera in noctibus, in tenebris mihi infestis, Amalech uinceur, id est, peccatū q̄d obluctatur. Attamen iudiciū dei paueo, q̄d iniquitatū aggeres obstruunt? moribūdus decido, sed manus inter flagella attollo, & ita lauo stratū, ut non solū in superficie madeat, sed introrsum perfluentibus lachrymis penitus redundet, miserere ideoq; mei. Turbatus est, nō ab mea ira, sed ab tua ira turbatus est oculus meus interior, totū principale & dilectissimū cordis mei contremiscit, ita flagrū cōscientiæ extimulat, ita lumina nubibus tegit, ut nec intēdere deo queā. Inueteraui inter oēs inimicos meos, inter oia peccata & uitia mea absumor. Tu es refugiū meū a tribulatione, quæ circūdedit me, erue me a circundantibus me peccatis &

delictis. Longũ esset cætera examissum perscribere his coloribus pœnitens iustus depingitur, ita ad inferos deducitur, ita contritionem habet, ita luget, ita tristatur, ita maxima malorum pecca ta cogitat & uolutat.

Qui seminat in lachrymis, in gaudio metet.

Caput undecimum.

Post primã pnie ptem utcũq; tractatã, scd'am p̃sequar, sed pau cissimis, ne Epitomes leges frangã magis q̃ licétius trãsgrediar Hæc ut p̃missimus in lætitia, in gaudio, in exultatiõe, in cõfessio ne magnificétiæ, beneficétie, glorificatiõis uersat, misericordiã per diẽ annũciat, & matutinũ letitiæ nutrimentũ habet. Huic iu stificatiõis portiunculæ est sacrificiũ laudis, sacrificiũ uoti, sacrifi cium salutare, cui oleũ exultatiõis ac firmitatis infundit, itidem suauitatis thus imponit. Hoc sacrificiũ tametsi in duas ptes disse cetur. Vtrãq; tamẽ Cyrillus, uestigia ueritatis secutus, salutare nũ cupat. Cui radicitus nõ dissidet qd' scribit. Immola deo sacrificiũ laudis, et redde altissimo uota tua, hoc est sarificiũ pingue, ut lau det de⁹ ab hoie quẽ creauit, sed & quẽ a tribulatiõibus liberauit, quẽ redemit, quẽ secũ⁹ de remissiõe pctõ⁹ fecit. Immola laudẽ p̃ces redde. Et dic illi. Te miscd'iarũ patrẽ, & dñm in die tribula tionis, in pctõ⁹ flagris inuocaui, & eruisti, & honorificabo, ita tũ ut opus tuũ nõ meũ exerceã. Nã & magnificétia opus tuũ. ius sisti docuistiq; a tribulatiõib⁹ exẽptus te honorificaret, scd'm qd' est scriptũ. Inuoca me in die tribulatiõis, & eruã te, & honorifi cabis, quæ põt tribulatio acerbior cõtingere illa, q̃ ꝓpter malas iniqtates ingerit⁹ q̃ culpatior⁹ q̃ infestior⁹ iubes tũ ut in die tri bulatiõis mortificãtis iustificatiõis quę in deo & lumie fit, ad te curramus, suspirem⁹. Ergo da qd' iubes, tu reuelas nobis uerita tis p̃ces, nos ignoram⁹ qd petendũ sit, nihil adhuc in tuo noie pe tim⁹ nec possum⁹, qa ipe ipũs inẽpellat p̃ nobis, ille clamare nos facit. Abba pr̃, fac qd' facere nos iubes, nos spũ tuo age, ne nr̃o a cti in tãta anxietate, i tenebra⁹ uoraginẽ deuolamur, fac nos in uocare, qd' nisi feceris non exaudies, fac clamorẽ inuocatiõis, & inuocantẽ erue, & magnificentiã cõcede, q̃ te magnificare queã qd' exigis largire ei, a q̃ iure poscis. Quippe nisi dono dederis qd' a debitore exigis, qs habebit⁹ qs dabit⁹ & qd hr̃e possum, quod non acceperim, idcirco qui iussisti ut te inuocarem, & clamorẽ fœlicem largitus es ut eriperet, eruisti ut magnificarẽ. Tu sancti nominis magnificationem deflecte, infunde charitatem cordi meo, da ut te magnificem, qui me dilexisti priorem ut diligerẽ me qui in tua ueritate nihil sum, pauperem & mẽdicum, quem iu tua misericordia, & tua charitate refartis, effice clamare inuo cando. Nam collata ope in me tua, & cõmodum a periculis libe ratus, te magnifico. Sacrificiũ enim laudis te honorificat. Idcir co laudis confessionem immolo, in hoc sacrificio laudis est uia, qua ostendis salutare tuum, hoc est Christũ, id est saluatorem & liberatorem, ostendis te deum propitiũ, monstras Christi p̃sen tem gratiã, ut dicere queam. Viuo iam non ego, sed uiuit in me Christus, ego mortuus sum, & alius resurrexi, resurrexit in me Christus, is me unice uiuificat, uacabo & uidebo quã suauis est dominus, in domino gloria mea, fortitudo mea, spes mea, & totum quicquid mihi est in illo, & ex illo, & per ipsum mihi est, ipsi honor & gloria, ipse susceptor & adiutor meus in tribulati one iusta, ipse multa peccatoris flagella iniecit, sed in eo speran tem misericordia circũdedit, firmabo ideo super illũ oculos me os, oẽm sollicitudinẽ ad dominũ mittam, quia illi de hoibus cu ra est, oculi mei semp ad dominũ, quia ipse a laqueo pedes meo os euellit, Ipse mites in iudicio suo dirigit, ipse mundat de imun do conceptũ semine. Ex me ipso perditio mea est, & omne auxi lium mihi ab illo promanat, ob id humiliatus sum & saluũ me fecit, eripuit aiam meam de morte, & oculos meos a lachrymis

Conuertere anima mea in requiem tuam, in laudis & redem ptionis conuersionẽ, quia dñs bñfecit tibi, ille te ab inferis redu xit qui deduxerat, & qui te mortificarat & abiecerat, ille te mo do & uiuificat & erigit. Benedic igitur o anima mea dominũ, & oĩa interiora mea, id est uniuersa quæ a facie furoris & iræ illius conturbata uehementer fuistis, sanctũ nomen eius benedi cite & ei exultate, quoniã sicut nobis iratus fuit, ita & iam mise retur. Benedic anima mea dominũ, & noli obliuisci retributio nes eius, qui propitiat oĩbus iniqtatibus tuis, qui sanat oẽs lan guores tuos. Letamini in domino & exultate iusti, iustificati gr̃a ꝓpitiatiõis securitatisq;, & gl'iamini oẽs recti corde, oẽs qui pctã vr̃a & ifirmitates cõfitemini iusticiã deo tribuentes, gl'amini in dño, rectos decet collaudatio. Recti cõfitebunt nomini sctõ dei, bñdicam dñm in oĩ tempe, semp laus eius in ore meo, in do mino laudabit anima mea, audiant mãsueti & letent, magnifi cate dominũ mecum, quoniã deum diligo, & proximum sicut me ipsum in deo amo. Nolo ergo solus amare, solus amplecti,

ſed hoc pro uirili mea ago, ut uos mecũ in dei amorẽ rapiã, magnificate ideo dñm mecum, & exaltemus nomen eius in unum qui ex oĩbus tribulatiõibus meis eripuit me, beatus q ſperat in eo

Dictorum in Epitome Epilogus. Caput duodicmũ.

Audiſtis paulo ante mœrentẽ, lugentem, tribulatũ, humiliatũ in lutum deiectũ, pauperem, uulneratũ, in morte poſitum, ad inferos deductum. Modo iſtũ, gaudentem, conſolatũ, exemptum, ex luto ereptũ, ſublimatum, diuitem, ſanatũ, uiuificatum, ab inferis reductũ, magnificautem deũ, cantantemq, clamauerunt iuſti, & dñs exandiuit eos, & ex oĩbus tribulationibus eorũ libera, uit eos. Item, iuxta eſt dñs ijs qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluos faciet. Illum iuſtitiã dei in miſeria cognoſcentem, Hunc, miſericordiã dei in lætitia attollentem. Illum, plorantem mala, & infirmitates & iniquitates confitentẽ. Hunc aũt dei beni guitate gaudentem, magnitudines uirtuteſq; dei cõmemorantẽ Illum ſuã confuſionem medico aduoluentem, infirmitateſq; ad uehentem. Hunc, deũ ſuper oia præconijs efferentem. Hæc profecto uniuerſam ſcripturã docere uideo. imo tota biblia, iuſtitiã & magnitudinẽ & dei miſerationem. Ac ex aduerſo noſtra miſeriã iniuſtitiã, infirmitates, ad mala propenſiões, ad bona aũt noſtrã impotentiã ſpeculor cõclamare. Mallem, egregij patronij, iuſti liberationem, & peccatorũ remiſſionẽ per Pſalmorũ aliquem uelut depingere. ſed cũ inuito tantũ ſermo excreuerit, ut propoſiti terminos exceſſerit, coactus uela complico, alibi fortaſſe copioſius de pœnitentia ſcripturus. Hæc interim pro humanitate ueſtra ſuſcipite, & quicquid a ueritatis fruge ſterileſcit, expungite, ut ea quæ uero cõſonant, liberius queant grandeſcere, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Data Vuittenbergæ. Anno a natuitate Chriſtiana ſupra ſeſquimilleſimum. xix.

Sacroſanctæ Roma. Eccleſiæ omnia ſubijcimus.